



5. 1670, 33
EXERCITIUM LEGALE ACADEMICUM

In quo

Deo ter Opt. Max. auxiliante,
AUTORITATE ET CONSENSU
Magnifici Jctorum Ordinis in Illustri Salana,
P R Æ S I D E
V I R O

Magnifico, Præ-Nobilissimo, Consultissimo atq; Excellentissimo

DN. ERNESTO FRIDERICO

Schrötern /

Hæreditario in Wickerstadt / Jcto & Antecessore longè fa-
migeratissimo, Consiliario Saxonico eminentissimo, Dicasterii Pro-
vincialis, Scabinatus & Facultatis suæ Adsessore splen-
didissimo, meritissimo,

Dn. Doctore, Patrono atque Promotore suo
summa animi observantia ætatem colendo,

In Amplissimo Jctorum Acroaterio

CESSIONEM A-
CTIONIS

Die Übergabe einer Anforderung
Publicæ disquisitioni fistit

JOHANNES PAULUS Spiegel /
Wafungâ-Henneberg. AUTOR

Ad diem Martii Anno 1670.

JENÆ, Literis NISIANIS.

Monseür Indoly Promer

VIRIS
PLVRIMVM REVERENDO ET EXCEL-
LENTISSIMO

DN. JOHANNI *Sincfen*
Theologo Celeberrimo, Ecclesiæ Wafungensis, ut
& Vicinarum Pastori ac Superintendenti vigilan-
tissimo, meritissimo.

UT ET
PRÆCELLENTI ET CLARISSIMO
DN. JOHANNI BARTHO-
LOMÆO *Sulden*

SS. Theologiæ Candidato dignissimo, Scholæ
Salzungensis Inspectori ac Rectori fidelissimo.

JUXTA AC
AMPLISSIMO RT PRVDENTISSIMO
DN. JOHANNI *Grancfenbergern*
Senatorii Ordinis, qui Schleusingæ est, Adfessori
& avissimo.

DN. *Mæcenatibus, Patronis, Promotoribus, re-
spectivè Susceptoribus & Adfinibus suis extremo obser-
vantia cultu, omniq; obsequiorum genere atatem
prosequendis*

Hoc Exercitium Academicum, grati animi tesseram, promptissimi obsequii &
obfervantiæ testimonium, sui que commendationem, cum omnis pro-
speritatis perpetuæq; incolumitatis voto eâ, quâ par est, animi sub-
missione offert

EORUM

addictissimus cliens

Johannes Paulus Spiegel.
Auctor.

SPIGELI, meritò *Speculum Virtutis & Artis*
Audis. Conveniunt nomina sæpe rei.
Virtutem in factis, Artem speculamur abundè
In Scriptis. *Duplex gratulor hoc speculum.*
Singularis benivolentia testanda
ergò hac adponeb.

PRÆSES.

Cessio dum *Litis* TIBI curæ est, arguis, unquam
SPIGELI, nulli cedere TE studio.
Hanc calcare viam sic perge, sit ardua quamvis,
Hæc etenim rectà ducit ad astra via.

Politis. Autori
honoris ergo

L. M. Q.
f.

Stafz Harbord von Wintheim
Cur. Prov. Sax. Advoc.
Ord.

Quod labor à studiis te non deterreat ullus,
Laudo, placet factum, perge brabèa feres.

Hicce, Amico suo integerrimo, Clarissimo Dno.
SPIGELIO, LL. Cultori solertissimo,
de laudabiliter tractatis studiis & elab-
oratione egregiæ hujus Dissertatio-
nis gratulari voluit

HEINRICUS Sincf / U. J. D.

Est virtutis honos comes & labor improbus omne
Fert laudis punctum, quæ perisse nequit.
Gaude

Gaude hinc, SPIGELI, nomen laudesque parabit
Alma Themis, quæ Te non periisse sinet.

*Johannes Sebastianus Dicelius,
Pbiliater.*

Humanam speculum formam ceu lumine monstrat,
Ejus num facies nigra vel alba fiet:

Præsens sic specimen speculi instar monstrat abundè
Omnibus ingenii munera claratui.

Gratulor hos ausus: pede si perrexeris isto,

Claria Diva tuum nomen ad astra vehet.

Georgius Tobias Wallich / Med. Stud.

IN Te, SPIGELI, sit quanta peritia juris,
Ingenii partus non sine laude docet.

Pergere ne cesses. Etenim sic itur ad astra,

Sic famam & nomen docta corona dabit.

Petrus Thomas Schröder /
Meinunga-Hennebergicus.

Doctam dum scandis Themidos cum laude cathedrâ,
Conatu egregio cessaq; jura doces,

Omnes applaudunt. Facti laus constat ubiq;

Spondeo, si perges, majus honoris opus.

Johann. Conrad. Fuchs / Phil. &
Medic. Studiosus.

?) (20
E



ADSIT DEI GRATIA!

Prefamen

Discrepantiam & convenientiam traditionis cum cessione exhibens.

Perspici & expediti Juris est, traditionibus non nudis pactis seu solis obligationibus & titulis dominia rerum transferri *l. 20. C. de pact. l. 7. §. ult. ff. pro emt. l. ult. §. 1. ff. de donat.* Quod quidem in specie ad res corporales applicandum esse, ipsa rerum harum natura dicitur, cum incorporales non recipiant veram & naturalem traditionem: *arg. pr. §. de reb. corp. & incorp. & express. text. in l. 43. §. 1. de A.R.D.* Hinc rectè Dd. analogicam tantum seu quasi traditionem his tribuunt *arg. l. pen. C. mand. l. 3. pr. de usufr. l. 20. l. f. de servit. l. 6. §. 1. si servit. vind. l. 3. §. 2. de act. emt.* Magn; Dn. Struv. *Synt. §. C. Ex. 41. tb. 57.* Dn. Brunnem. *ad l. 2. C. de O. & A.* Et vocatur illa cessione; quod enim in rebus corporalibus traditio, illud in incorporalibus cessione efficit *l. 3. pro soc. d. l. ult. de donat. l. 49. §. ult. C. quand. fisc. vel privat. Tuschus in Concl. pract. lit. C. concl. 205. n. 1. & 4. Hotomam. lib. 6. Obs. 16.* Et quemadmodum rei venditæ vel donatæ dominium per traditionem demum acquiritur *d. l. 20. C. de Pact.* Magn. Dn. Struv. *Ex. 41. tb. 56.* Ita quoque venditi aut donati nominis sive actionis dominium sine cessione non transit *l. 50. de Evict. d. l. 3. pro soc. & aliis d. ll.* Ac porrò; quemadmodum in omni traditio-

A

ne re-

ne requiritur, ut præcedat aliquis titulus sive causa justa,
& ad transferendum dominium habilis; hæc enim non
prævia traditio est inutilis *l. 31. de A.R.D. l. 36. eod. §. 41. §.*
de R.D. Ita quoque in cessione eadem intercedere debet
l. pen. C. mand. In eo tantum, uti ex dictis patebit, differe
traditio rerum corporalium à cessione, quod ibi verè
transferatur dominium rei, hic non, sed quasi, cum ces-
sio solummodo sit instar traditionis. Joh. à Grassis. *Tr. de*
Cess. Juris §. 6. n. 8. Nic. Noalis *tr. de transmiss. cas. 38. n.*
7. Dn. Brunneman. *ad l. 2. C. de O. & A.* Quoniam vero
materia hæc de cessionibus teste Sichardo *in l. 7. C. ne lic.*
potent. est per utilis, & in praxi usitata: Hinc ego periclita-
turus hæc vice, Divinâ Dei assistentiâ, ingenii mei vires,
imprimis illam loco exercitii Academici, eâ quidem, quâ
fieri unquam potest, brevitate, per tractare mecum con-
stitui. Cum verò cathedræ publicæ reverentia, quæ Mu-
sarum filiis ita veneranda est, ut nihil huc, nisi quod per-
fectum, ingenio limatum, & elaboratum industriâ afferri
oporteat; tum etiam sublimitas materiæ ipsius (quam Ba-
chovius *tr. de act. disp. 4. tb. 3.* difficilem, intricatam, & toto
fermè jure dispersam pronunciat) facilè timorem mihi
injicere, meque à proposito meo distrahere possent, nisi
exoptatam audaciæ meæ veniam sponderet ipse in rebus
arduis conatus. Hinc hujus intuitu facilè à B. L. me conse-
cuturum spero, si me forsan ingenii imbecillitate lapsum
conspexerit, ut id materiæ diffusissimæ gravitati adscribat,
mihique veniam humanissimè concedat. Cum verò sine
Deo nihil unquam commode geri possit, *Nov. 6. & Nov.*
164. idcirco eum ardentissimis contendo precibus, ut ipse sit
principium, medium atque terminus *Nov. 109. in præfat.* quo
omnia, quæ de cedendis & transferendis actionibus dicen-
da, cedant **FELICITER!**

CAPUT

CAPUT I.
Definitionem nominalem & realem, ut &
Divisionem proponit.

THES. I.

Cum frequens & solenne disputantibus sit, non statim ad ipsius rei penetralia progressum facere, sed potius præliminaria quædam vocis ante omnia pertractare, hinc ut ego eadem Methodo utar, vocis aliqualem explanationem præmittam, ut hanc perspectâ, eò feliciori sydere ad reliquorum deductionem pedem proferre queam secundum *l. 1. ff. de J. & J.*

TH. II. Cessionem ortum suum trahere à voce cedere, tanquam notorium mitto, & ad varias vocabulorum cessionis & cedere significationes, quas passim in jure nostro legimus, me converto. Propriè autem & genuinè cedere denotat (1.) abire seu discedere, & alterum admittere. (2.) idem est quod compositum concedere, uti patet ex *l. 9. §. 3. ff. de off. Procons. & Legat.* ubi improbitati cedi dicitur. (3.) notat idem quod deponere, ut cedere tutela *Inst. Illp. tit. 11. §. 16.* (4.) dies dicitur cedere obligationis, nimirum quando debitum deberi incipit *l. 213. de V. S. passim tit. ff. & C. quand. dies legat. vel fideic. ced.* sic & operæ cedere dicuntur *l. 13. §. 2. l. 34. de oper. libert.* quando nimirum dies adest, quo obligatio subsistit, & operæ, de quibus convenit, deberi incipiunt. (5.) Idem valet quod numerari sive computari, sic tempora cedere dicuntur *l. 1. §. 1. ff. de jur. & facti. ignor. l. 6. de calumniat. l. 10. de bon. poss. l. 4. ad Leg. Jul. de adult. §. 29. §. 33. J. de R. D. l. 7. §. 10. de A. R. D. l. 2. l. 11. C. de R. V. l. 3. §. 7. ff. uti possid. vid. Calvin. Lexic. in voc. cedere.* (7.) Idem valet quod renunciare *l. f. pr. ff. comm. prad. tam rust. quam urban. sic in l. 1. pr. ff. de edend. & denotat renunciare liti, eoque ipso actori satisfacere.* Et eatenus cessio accipi potest pro omni spontanea satisfactione, quam litis redimendæ gratiâ reus præstat. (8.) Respectu ad bona habito accipitur pro bonis cedere, & actus ipse cessio bonorum dicitur, quâ de tot. Tit. ff. & C. de cess. bo-

-A a

nor.

nor. (9.) Olim cessio accipiebatur pro certo & solenni modo alienandi in jure restam corporales, quam incorporales: Cujus meminit *Ulpianus in fragment. tit. 19. §. 8. & seqq. & Cic. in Topic. fol. 263.* Erat autem ille teste *Cujacio 22. Observ. 27.* talis Is cui res in jure cedebatur, apud magistratum ita vindicabat: Hunc v. g. hominem ex jure Quiritum meum esse ajo: Post hanc vindicationem Prætor interrogabat eum, qui cessit, an contra vendicet; eoque tacente vel negante ei, qui vindicaverat, rem addicebat. (10.) Vestigium quoddam dictæ jam veteris cessionis adhuc hodiè in nonnullis locis superesse videtur, in judiciali illa resignatione. (*Aufflassung.*) sive abdicatione (*Berzicht*) quando quis actu coram judice declarat, sibi placere, ut res sua apud se amplius non sit, sed ut alteri accedat, wann das Buch von dem Verkäufer Bericheltchen uffgelassen/ und dem Käufer zu geschrieben wird. *Communis enim Dd. est sententia, quod jure Saxonico dominium rerum immobilium non transeat sine judiciali illa prædictâ cessione ab alienante factâ, Fachl. 1. differ. jur. Saxon. 4. Berlich. 2. concl. 14. n. 3. Quatenus autem hoc procedat, peti potest ex Frantzk. 2. Resolut. 12. n. 9. & seqq. Wesenb. in Tit. de donat. n. 6. Magn. Dn. Struv. Ex. 23. tb. 109. cum pluribus de hoc agere mei non sit instituti. (11.) Si ad naturam servitutum refertur, idem significat quod constituere alteri servitutum in suo prædio, & sic est quasi traditio servitutis antea promissæ l. 15. ff. de comm. prædior. quæ consistit in patientia domini l. fin. ff. de servitut. l. 1. §. ult. de S. P. R. hisce enim vocibus uti solent Jcti: Cedere iter, viam, aquæ ductum l. 3. §. f. l. 11. l. 14. ff. de S. P. R. l. 9. ff. de servit. cedere usumfructum. l. 66. de jure dot. §. 3. §. de usufr. l. 63. ff. eod. vel uti dicitur in l. 22. ff. de S. P. R. cessionem facere. (12.) Jura cedi dicuntur, si cum re ipsa in alterum transferuntur, quo pacto illud quod ceditur, revera abdicatur, & in alium transfertur. v. g. vendito fundo simul ceduntur jura; sic cedi possessio dicitur l. 1. §. 4. ff. de acquir. poss. 13. Tandem cedere idem valet, quod alteri actionem mandare, & quidem hunc in finem, ut in suam utilitatem debitum exigat l. pen. C. mandat. Et sic cessio accipitur pro mandato de exercendis*

cedendis actionibus l. 76. ff. de solut. & de hac Deo iuvante plenius sum acturus.

TH. III. In aprico autem est, cedere & mandare alteri actiones sc. in ejus utilitatem in jure pro eisdem haberi, quod ex d. l. 76. ff. de solut. l. 1. l. 3. C. de novat. l. 3. C. de hered. vel act. vend. l. 2. C. de donat. abundè patet; Ibi enim eadem actiones modò mandata, modò cessæ dicuntur. Et cedere alteri nomen idem est, ac aliquem procuratorem in rem suam constituere l. 3. §. 5. in f. ff. de in rem vers. l. 2. §. ult. ff. fam. herisc. l. 24. ff. de minor. Synonymicè adhibetur etiam vocabulum præstare, cum præstare actiones idem sit ac cedere, vid. l. 6. §. ult. naut. caup. stab. Idem denotant voces exhibere §. 3. inf. J. de emt. vend. & transferre l. 2. inf. C. de divid. tutel.

TH. IV. Plura synonyma, quæ respondeant vocabulo cessionis, in jure nostro vix occurrent. Interdum tamen delegatio nonnunquam latè & impropriè accipitur pro quacunque abdicatione nominis seu crediti, prout accipiunt l. 2. C. de obl. & act. in verb. quamvis nec delegatiò præcesserit: Idem occurrit etiam in l. 11. C. de donat. Quæ tamen propriè est cessio & vocatur hæc die Übergabe einer Anforderung/ Cession, Transport. vid. Sebast. Almers. in suo manual. Jur. sub voce delegatio. Dn. Bruneman. ad l. 3. C. de hered. vel act. vend. Cum delegatio in specie sit illa novatio, quæ fit interventu novi debitoris. l. 11. de novat. Germ. dicitur. Die Anweisung. Dn. Struv. Ex. 47. tb. 61. In delegatione enim mutatur debitor, in cessione creditor, quoad exercitium actionis: illuc nova obligatio constituitur, hinc non; sed alius tantum procurator in rem suam constituitur. De discrimine harum possunt videri Joh. à Sande tr. de Cess. action. c. 1. n. 9. & 10. Dn. Hahn, ad Wesenb. tit. de novat. in f. Magnif. Dn. Struv. Ex. 47. tb. 61. ego brevitatis memor hac vice ea attingere nolo.

TH. V. Propter attinentiam placet hinc subijcere aliquam explanationem vocabulorum cedentis & cessionarii, sæpius in disputatione hæc nostrâ occurrentium: cedens is est, qui actiones sibi quæ sitas in alium transfert, ut ipse postmodum in proprium commodum eas instituat. Cessionarius verò in jure is dicitur,

citur, in quem iusto titulo omne jus suum circa rem aliquam
transfert dominus, ut ipse actionibus inde competentibus in su-
am utilitatem experiatur. *l. 25. v. 5. planè de procurat. l. 9. C. eod.*
l. 2. l. 6. C. de O. & A. l. 3. C. de novat. l. 22. in f. C. d. mandat. l. 2.
de donat. l. 3. 7. & 8. C. de hered. vend. l. 18. C. de Legat. Magnif.
Dn. Struv. Ex. 7. tb. 26. Dicitur verò hic in jure nostro etiam
procurator in rem suam *l. 34. de Procurat. l. 55. eod.* Sed quari hîc
potest: Utrum cessionarius sive procurator in rem suam propriè
mandatarius seu procurator sit? In diversas Dd. hic abeunt
sententias: Hunnius in *suis resolut. ad Treutl. Vol. 1. disp. IX. quest.*
2. hoc planè negat, fundans se in *l. 9. C. de procurat. & l. 1. §. 11. &*
12. ff. quand. appelland. Sed subdistinctione hæc res expediri pos-
se videtur. Aut enim inspicimus jus & actiones directas, quas in-
tendit non suo, sed cedentis nomine. *l. ult. C. quand. fisc.* (quippe
cujus ossibus, uti Dd. loquuntur, inhaerent), & ex ejus persona
libellum totumque processum format *l. 3. pr. ff. pro socio. l. 16. ff.*
de pecul. Donell. in l. 3. C. mand. n. 6. Bachov. rr. de act. disp. 4.
tb. 3. Carrpzo. part. 2. Const. 25. defin. 16. in f. Et sic procurator
in rem suam propriè loquendo utique dici potest procurator,
quamvis in proprium commodum agat *l. 9. C. de Procur. Ma-*
gnif. Dn. Struv. d. l. Aut utilitatem, finem & effectum, dum a-
ctiones cessas sibi que mandatas in suum duntaxat commodum
& emolumentum exercet *l. 4. C. de Procurat. l. 6. §. ult. ff. mandat.*
Quicquid enim per eas à debitore exigit, retinet, nec cedenti
quicquam restituere cogi potest *arg. l. 1. §. 11. ff. quand. appell. &*
catenus non est habendus pro procuratore, sed potius pro vero
domino. Donell. lib. 18. c. 11. ibiq. Hillig. Lit. F. Hotom. lib. 6.
observ. 16.

TH. VI. Relicta definitione nominali ad realem me ac-
cingo: Placet autem cessionem ita definire, quod sit mandatum,
quo quis actionem sibi competentem in alterum legitimo mo-
do transfert, ut hic postea ex jure illius experiatur, & in propri-
um commodum agat. Generis loco usus sum voce mandati, mo-
tus hac ratione, quod cedere & mandare alteri actionem, *uti tb.*
3. dictum in jure pro iisdem sumantur, & quod procurator in rem
suam idem sit quod cessionarius vid. th. præced. Accedit & hoc
quod

quod ex cessione actionis mandati fluat. l. 1. in f. C. de magistrat. conven. § l. 22. C. mand. & quod ipsum jus directum maneat apud cedentem, & tantum exercitium illius transferatur in cessionarium, ut illius nomine actionem intendat, uti infra pluribus dicitur. Hinc ratio colligendi est, utique cessio etiam erit mandatum. De reliquis de descriptionis huius partibus Deo feliciter adveniente peculiaribus ero acturus capitibus.

CAPUT II.

Divisionem, & occasione illius, personas, quæ ipso jure ad cessionem præstandam, compelli possunt, exhibet.

THES. I.

Cum divisio censeatur principium intelligendi, adeoque maxime necessaria sit ad distinctam & evolutam cognitionem, ideoque paucis nunc de divisione aliquid erit agendum: Dividi autem potest cessio (1.) ingravitam & onerosam. Illa obvenire solet ex causis lucrativis, quales sunt: donatio, dotis datio, legatum, fideicommissum &c. Hæc provenire potest ex permutatione, emtione vendit, datione in solutum, & aliis titulis onerosis.

TH. II. Verum potior divisio cessionis hæc erit; quod sc. dividatur in necessariam & voluntariam. Illa est, quæ ipso jure exigente aut propter oppositam cedendarum actionum exceptionem fieri debet. Hæc dicitur, quæ ex liberrimâ actiones in alterum transferre valentis voluntate provenit.

TH. III. Ad penitiorem hujus divisionis intellectum de priori ejus membro sc. de necessaria cessione quædam addam. Formabo autem certos casus, quibus jura circa illam occurrentia, & personas, quæ sparsim in jure occurrunt, subjiciam. Sub casu I. comprehendam illas, quæ ex aliorum negotiis actiones acquisivere; hæc enim sive velint, sive nolint, eas debent restituere illis, ad quos illa negotia pertinere, quales sunt: 1. Procurator seu mandatarius; sicuti enim omne id, quod intuitu & occasione

occasione mandati ipsi obvenit, debet mandatori sive domino restituere *l. 10. §. 1. 2. l. 20. pr. ff. mandati*; Ita necessario quoque actiones rationes mandati quaesitas domino cedere tenetur *l. 8. §. 5. ff. mandat. 49. §. f. de acquir. poss.* In tantum autem, ut licet in diem sint actiones, tamen ante diem existentem cedi debent. *l. 43. l. 45. §. 5. mandat.* hisque cessis sibi, dominus tum demum agere potest *d. l. 8. §. 5. l. 43. l. 45. mandat.* Ratio autem huius rei est, quod per procuratorem tanquam per liberam personam neque obligatio, neque actio possit acquiri *l. 11. §. 6. de pign. act. l. 126. §. 2. de V. O. l. 1. vers. si igitur. C. per quas pers. nobis acq. §. 5. 7. eod.* & quod procurator, qui negotium demandatum suscipit & tractare incipit, ipsa tractatione, postquam res desit esse integra, fiat Dominus negotii *l. 22. l. 23. C. de procurat.* adeo ut ipsis dominis facultas negotia persequendi sit adempta *d. l. 22.* hinc est, quod dominus antea agere non possit, nisi a procuratore actiones sibi sint cessae. Quari autem hac occasione posset: An citra cessionem utilis actio procuratoris domino contra tertium competat? Dissentiunt inter se Dd. Wesenb. *in parat. ff. ad rit. de procurat. n. 8. circ. f.* hoc affirmat & textus, quod per procuratorem actio non possit acquiri restringit ad actiones directas tantum, utiles vero dominio concedit. Rectior tamen videtur Negantium sententia, a quorum parte etiam stat Bachovius *qui in not. ad Wesenb.* ibidem eum perstringit, quod sic eluderetur illa regula quod sc. alteri per alterum actio non quaratur, ex ratione; cum nihil intersit, an utilem, an directam quis habeat, cum utraque ejusdem potestatis sit, eundemque habeat effectum. *l. 47. §. 1. de N. G.* Excipiunt tamen Dd. tres casus, ubi sine cessione actio utilis domino datur (1.) si procurator ex re domini sibi dari stipulatus fuerit *l. 68. l. 27. §. ult. d. l. 28. de procur. l. 13. §. 25. inf. de act. emt.* (2.) Si praesente domino, licet non ex re illius sibi stipuletur *l. 79. de V. O.* (3.) Si res dominio aliter salva esse nequeat, tunc datur in subsidium *l. 18. §. ult. de dam. infect. l. 5. de prator. stipul.* vide Giphan. *ad l. 72. n. 14. §. seqq. de procurat. Jul. Pac. cent. 2. evcalioφ. 9. 35* & Magnif. Dn. Struv. *Ex. 20. ib. 4.* 2. Simili ratione etiam Negotiorum gestor actionem ex negotiis gestis sibi quaesitam cedere tenetur, cum

cum & hic id omne quod ex gesto ad eum pervenit *l. 8. §. 1. ff. de N. G. aut percipere potuit l. 19. §. 4. eod.*, restituere debeat, necessario etiam ad actiones præstandas exemplo procuratoris erit obstrictus. Speciale tamen hoc in minore, qui alterius negotia gessit, observandum venit, quod conventus à domino, si velit condemnationem effugere, obstrictus sit ipsi cedere beneficium restitutionis in integrum *l. 24. pr. ff. de minor.* 3. Eodem modo Exercitor atque Institor necessum habent dominis suis, qui eos proposuerunt, actiones quas cedere, ut hi postmodum possint eas contra contrahentes cum illis intentare *l. 1. §. 18. de exerc. act.* Nisi res domino aliter salva esse non possit; tunc enim domino actio utilis datur *l. 1. 2. de inst. act. l. 1. §. 18. de exerc. act.* Magn. Dn. Struv. *d. Ex. 20. tb. 4.*

TH. IV. Calus secundus hic esto: Illi qui ad rem universalem vel particularem cum omni sua causa restituendam obligati sunt, actiones etiam ratione illius rei quas simul cedere debent; qui enim rem ipsam tanquam principale debent, & accessiones, quales hoc loco actiones sunt, simul transferre tenentur. Species autem nonnullæ hujus casus sparsim in jure nostro dantur, quarum 1. occurrit in venditore rei singularis; quia enim huic ex juris necessitate incumbit rem venditam emtori tradere. *l. 11. §. 2. & l. 26. ff. de act. emt. §. 2. f. de donat.* & quidem cum omni causa *l. 67. ff. de contrab. emt.* omninò etiam actionem ratione rei venditæ acquisitam cedere tenetur. Hinc perfectâ emtione venditione, si res antequam tradita sit à venditore, sine ejus culpâ vel dolò, aut corrupta tantùm & deteriorata sit ab alio, tunc actionem L. Aquil. vel damni infecti, vel aquæ pluvix arcedæ cedere debet emtori *§. 3. in f. de emt. vend. l. 13. §. 12. ff. d. act. emt.* aut planè amissa, vel furto surrepta, vel per vim erepta sit, hâc quidem ratione à præstatione rei amissæ liber pronunciat, de quo ipso legere sunt *tot. tit. ff. & C. de peric. & commod. rei vend.* Attamen emtori rei vindicationem, quæ ipsi tantùm dominio competit *l. 25. de O. & A. l. 23. pr. l. 41. d. R. V.* & condictio-nem furtivam, item actionem furti, aut actionem vi bonorum raptorum, quam solus Dominus habet *l. 1. ff. de condict. furt. præstare debet l. 35. §. 4. de contrab. emt. §. 3. in f. f. de emt. vend. l. 14.*

B

pr. §.

pr. § l. 80. pr. ff. de furt. l. 31. ff. de act. emt. (2.) De venditore rei universalis sive hereditatis hoc dicit jus nostrum, quod ab ipso, non solum ipsa corpora rerum hereditariarum, si illa possideat *l. 47. de V. S. l. 21. de hered. vel act. vend.* sed & illarum rerum, quas non habet vindicationem seu persecutionem, quin imò omnes tum reales, tum personales actiones, quæ quidem ad hereditatem pertinent, unà cum eâ emtori præstandæ sint *l. 2. §. 3. ff. de hered. vend.* Magn. Dn. Struv. *Ex 23. th. 72.* Hinc etiam est, quod *in d. l. 2. §. 8.* dicitur, quod heres, quæ ex causa hereditaria obligationes constituit, si nim. fidejussorem accepit ab hereditario debitore, ipsam hanc actionem præstare debeat. Neque fiscus ab hac cessione immunis est, nam & hic hereditatem caducam vendens, actiones quas nactus est, ratione hereditatis cedere debet emtori. *l. 54. in pr. de pet. hered.* (3.) Etiam cessio alienæ hereditatis possessori imponitur: Hic enim petitione hereditatis conventus restituere debet illi, cui competit jus hereditarium ex testamento, vel ab intestato, immiscendo se hereditati vel adeundo quæsitum, non solum universas res, quæ apud defunctum tempore mortis fuere, corporales & incorporales *l. 1. de bonor. poss.* sed etiam omnes accensiones, quæ hereditati defuncti personam repræsentantis post mortem quovis modo obvenire *l. 20. §. 3. ff. de pet. hered.* vide Frantzk. *ad Tit. ff. de pet. hered. n. 18. & seqq.* unde etiam nomina & actiones possessor ille vero heredi interea ex re hereditaria acquisitas cedere debet. *l. 16. §. 4. 5. 7. l. 20. §. 17. l. 40. §. 2. de pet. hered.* Magnif. Dn. Struv. *Ex. 10. th. 53.* Dn. Brunnemann. *Tr. de cess. act. cap. 3. n. 3.* (4.) Heredi etiam cessio quædam imponitur tum ratione legati, tum fideicommissi; Quod prius attinet, heres rem aliquam alteri præstare iustus, si hæc ante aditionem hereditatis deteriorata aut vulnerata sit, actionem legis Aquiliæ legatario cedere debet *l. 15. pr. ff. ad L. Aquil.* Actio enim hæc antè aditam hereditatem ipsi heredi adhuc datur, non verò legatario, quippe qui antè agnitionem legati, quæ dependet ab adita hereditate *l. 32. de Legat. 2. l. 44. §. 1. l. 86. §. 2. de Leg. 1.* verè & cum effectu dominus non est. Dn. Hahn. *ad Tit. d. Leg. 1. n. 8.* Hinc post aditionem heres una cum ipsâ re actionem di-

ctam

Etiam debet cedere *d.l. 15. ad L. Aquil.* Nisi res legata v. g. bos
vel equus sine culpa heredis ante aditionem hereditatis plane
occisus, tunc quia hæres utpote debitor interitu speciei libera-
tur *l. 26. §. 1. l. 53. de leg. 1. §. 16. f. de Legat. l. 33. l. 37. l. 53. §. 7. de*
V. O. neque actionem Legis Aquil. cedere tenetur *l. 15. ad L. A-*
quil. cum tali in casu sublata sit res principalis, proinde neque ac-
cessoria peti potest *§. 17. f. d. leg. l. 2. de pecul. leg. Magn. Dn. Struv.*
Ex. 35. th. 21. in f. Porro quoque heres ratione rei certæ, sive ut lo-
qui amant Jcti, speciei, cujus dominum se putavit testator, lega-
tæ, & postmodum evictæ, obstrictus est legatario actionem, si
quam defunctus contra autorem habuit, præstare *l. 59. de evict. l.*
12. ad Sc. Trebell. Paul. de Castr. in l. si domus §. de evictionibus de
Legat. 1. Magn. Dn. Struv. Ex. 27. th. 27. Legatarius enim teste
Gothofredo *ad l. 89. ff. de evict. lit. t.* non statim auctori defuncti
sive auctoris auctori litem denunciare potest, nisi habeat jura
cessa, cum denunciatio certo ordine fieri debeat. Secus autem se
habet, si in genere res sit legata, tunc enim ipse heres, qui certam
rem sive speciem præstitit, ad evictionem præstandam tenetur *l.*
58. de evict. l. 45. §. 1. de Legat. 1. l. 29. §. pen. de Leg. 3. De poste-
riori notandum venit, quod ratione fideicommissi heres fidu-
ciarius fideicommissario in restitutione hereditatis omnes actio-
nes occasione hereditatis quasitas restituere & cedere debeat
l. 73. ff. ad Sc. Trebell. (5.) creditor ob frustraneam solutionis de-
bitore eam protrahente expectationem pignus distrahens (id
quod ei permixtum *l. 1. §. 1. de distr. pign. l. 7. §. 1. de reb. eor. qui sub*
tutel. l. 3. §. ult. qui. pot. in pign. etiam dissentiente & invito debi-
tore *l. 2. C. debit. vend. pign. in ped. non poss.*) licet ad evictionem
præstandam cogi non possit *l. 11. §. 6. de act. emt. l. 10. de distr. pig. §.*
tot. Tit. C. creditor. evict. pig. non deb. tenetur tamen emtori a-
ctionem pignoratitiam contrariam, hoc est, eam, quam contra
debitorem habet cedere, *l. 38. ff. de evict. l. 13. de distr. pignor.* Cum
enim creditor per venditionem & factam traditionem omne jus
suum in emtorem transferat *§. 1. f. quib. al. lic. vel non l. 3. in f.*
de distr. pign. æquum omnino est, ut hæc actio ratione evictionis
ab ipso cedatur. Emtori tamen facultas suppetit, ex alio etiam
remedio agendi sc. actione utili ex emto contra debitorem. *l. 12.*

§. 1. d. distr. pign. Magn. Dn. Struv. Ex. 26. tb. 45. in f. Porro (6.) quoque creditor, licet sub hoc pacto, uti si solveret debitor pecuniam emtori, liceret ei recipere rem suam, pignus vendiderit, tamen cogi potest à debitore, ut sibi mandet actionem ex vendito adversus emtorem. l. 13. ff. de pign. act. quia soluto debito creditor obligatus est debitori, rem oppignoratā cum omni causā restituere l. 2. l. 3. C. de pignor. act. l. 33. l. ult. de distr. pign. l. ult. C. de pact. pign. l. 11. C. de usur. Hinc & actiones occasione pignoris quasitas præstare necessum habet. Liberum tamen est debitori, an ex hoc pacto dicta actione ex vendito contra emtorem velit experiri, quam ex cessione creditoris habet, an verò rei vindicatione, vel actione in factum, quas sine cessione habet, agere d. l. 13. ff. de pign. act. Denique (7.) in rei vindicatione, occurrit cessio quædam, quia enim victus possessor rem cum omni causa vincenti restituere debet l. 9. l. 17. l. 20. l. 62. ff. de R. V. omninò etiam tenebitur ad actiones, quas ex re acquisivit præstandas l. 17. §. 1. vers. usq; adeo & c. eod. Quod idem etiam in eo, qui mala fide desit possidere, dicendum est, cum & hic actiones suas, quas ex re habuit, teneatur cedere d. l. 17. §. 1. Ratio autem hujus rei in eo fundata est, quod talis ex juris interpretatione pro possessore habeatur, & utili proinde rei vindicatione possit conveniri. Magnif. Dn. Struv. Ex. 11. tb. 12. Cum paria sint possidere & dolo possidere desisse. l. 22. ff. de R. V.

TH. V. Casus III. in societatis contractu occurrit: Socius enim cum altero societatem omnium bonorum iniens ipsi etiam actiones nominum suorum cedere tenetur. l. 3. pr. ff. pro soc. Donell. lib. 13. comm. c. 16. Rationem exhibet d. l. 3. quod nomina & actiones personæ cohæreant, unde est, quod socius contra debitorem socii ex debito personali haud possit actionem intentare, nisi ea ab ipso cedatur. Gothofr. ad d. l. 3. Cætera autem bona communicantur tacitè per contractam societatis; hinc ratione juris in re, ad socium jure singulari translatis, competit socio actio realis æquè ac alteri socio. Magnif. Dn. Struv. Ex. 22. tb. 23.

TH. VI. Quartus casus contineat illos, qui ob alienam culpam, aut propter rem amissam, & ab alio tertio sc. posses-

sam

sam condemnationem passi sunt; hi enim contra autores age-
re possunt, ut in sese actiones suas transferant, quas adversus alios,
quorum nomine condemnati, habent. Quod patet 1. in Tu-
tore; si enim plures sunt tutores unius pupilli, tunc tutor à quo
solidum exigitur, potest à pupillo postulare, ut sibi cedat a-
ctiones adversus contutores, quibus contra eos experiatur, si for-
tè ad meliorem fortunam pervenerint *l. 2. C. de contr. judic. tut. l. 1. §. 13. de Tut. & rat. distr. l. 2. inf. C. de divid. tutel. Wesenb. ad
ff. de admin. & peric. tut. n. 9.* Tutorum namque propter com-
munem administratiouem & negligentiam contutoris unus-
quisque in solidum à pupillo conveniri potest, & in arbitrio ejus
est, quemnam velit eligere *l. 55. ff. de adm. & peric. tut.* Excep-
tiones autem sunt (1.) si omnes vel quidam tantum sint solven-
do, tunc possunt se tueri exceptione divisionis *l. 1. §. 11. & 12. ff. de
tut. & rat. distrab.* vel etiam beneficio ordinis, si non omnium,
sed unius vel quorundam culpâ damnum datum, modò hi sol-
vendo sint *arg. l. 3. C. de divid. tut. Giph. in l. 2. C. eod. p. 467.*
si enim non sunt, cæteri, qui sunt, condemnantur, possunt ta-
men cessionem actionum à pupillo postulare. Et, si hi ex culpâ
contutoris solverunt, ob cessionem solidum repetunt *l. 2. C. de
contr. jud. tut. l. 1. §. 13. ff. de tut. & rat. distr.* Si verò ex negli-
gentia communi damnum datum, tunc partem tantum repe-
tunt. Montan. *de tutel. c. 39. n. 142.* (2.) Si à iudice vel testa-
tore administratio tutelæ divisa, tunc quilibet pro suâ tantum
parte tenetur *l. 2. C. de divid. tut. Magn. Dn. Struv. Ex. 31. th.
39. c. f.* Sed quæri hîc posset, si pupillus non cessit actionem,
forsan tutore hoc non postulante, quomodo tutor, qui ob alie-
nam culpam condemnatus est, suum recuperare potest? Re-
spondeant pro me *l. 2. C. de contr. jud. tut. & l. 1. §. 13. ff. de tut. &
rat. distr.* ubi Imperatores actionem utilem ipsi concedunt.
Aliàs in jure hæc actio vocatur etiam negotiorum gestorum *l.
30. ff. de N. G. & sic etiam accipere videtur Magn. Dn. Struv.
Ex. 31. th. 39. inf. II.* Exemplum necessariæ cessionis in materia
fidejussorum etiam se offert, vel ratione principalis: & tunc cre-
ditor tenetur fidejussori cedere actionem, quam contra princi-
palem debitorem habuit, aliàs ipsi opponi potest à fidejussore

beneficium cedendarum actionum, & tamdiu solutio denegari.
Nov. 4. c. 1. in f. l. 2. C. de fidejuss. vel ratione confidejssorum, si
solidum exigatur; Fidejssor enim solidum solvere paratus, cre-
ditori exsolutionem debiti differre potest, usque dum creditor
actionem suam adversus reliquos fidejssores præstet, ad repe-
tendum illud, quod pro iis solvit, suâ tamen portione detractata
*l. 3. C. de fidejuss. l. 17. l. 36. l. 39. de fidejuss. l. 28. ff. mand. Nov. 4. c. 1.
in f. l. 11. C. de fidej.* Schultz. *in Synops. Inst. de fidej.* B. Carpzov.
p. 2. C. 18. def. 20. & seqq. Magnif. Dn. Struv. *Ex. 47. th. 45.* In
tantum autem tenetur creditor, ut etiam pignora, si quæ habet,
in solventem fidejssorem transferre debeat *l. 2. C. de fidejuss.* Sed
cum dictum sit, quod fidejssor ante solutionem petere cessio-
nem actionum, & tam diu solutionem denegare possit, hinc qua-
ri ulterius potest. An etiam ille à creditore post factam solutio-
nem, petere possit, ut sibi adhuc cedantur actiones? Negati-
vam defendunt Giphon. *in l. 11. C. de fidejuss.* Berlich. *2. Conclus.*
22. n. 65. Perez. *in C. de fidejuss. n. 37.* Schultz. *in Synops. Instit. ad
Tit. de fidejuss. & alii.* Verum minus tuta videtur hæc sententia,
cum *l. 36. ff. de fidejuss.* contrariam suadeat, & ratione etiam non
destituatur; quia videlicet acceptione crediti creditor censetur
vendidisse nomen; succedit & hæc ratio ex *d. l. petita*, quod non
obstante hac solutione neque principalis debitor, neque reliqui
confidejssores ipso jure sint liberati; Ergo utiqve adhuc actio-
nes supersunt & cedi queunt *arg. l. 28. mand. l. 21. §. 3. de fidejuss.
l. 36. eod. l. 43. de solut.* Quam ultimam sententiam, ut æquio-
rem in praxi receptam approbant Hieron. Trentl. *select. disput.*
volum. 2. disp. 26. th. 4. lit. E. Anton. Hering. *tr. de fidejuss. c. 28.*
Coler. de process. execut. part. 1. c. 13 n. 417. Carpz. *p. 2. C. 17. def.*
16. Dn. Struv. *Ex. 47. th. 45. in m.* quam merito etiam amplector.
III. Idem quod de fidejssorum beneficio cessionis jam dictum,
etiam applicari potest ad mandatorem; qui enim mandat, ut
quis alteri credat, fidem suam interponere videtur; *rubr. & i. t.
ff. de fidejuss. & mandator. l. 12. §. 14. mand.* & sic similis est fide-
jssori Dn. Struv. *Ex. 47. th. 35. in f.* hinc mandator à creditore
actione mandati conventus, non aliter illi satisfacere obstrictus
est, nisi prius ipsi actiones contra debitorem præstiterit. *l. 27. §.
f. &*

f. § l. 28. ff. mandat. Dn. Brunnem. tr. de Cess. act. c. 3. n. 42. IV.
Actionem cedere debet vindicans rem ab eo, qui culpa sua illam
amisit; hic enim licet teneatur actori ad aestimationem rei l. 63.
de R. V. potest tamen postulare, ut actionem suam sive rei vindi-
cationem sibi cedat, eaque cessã potest non solum à quolibet
possidente, sed & ab ipso domino, si rem postea consecutus fuerit,
vindicare, neque audiendus hic est, etiamsi aestimationem velit
restituere d. l. 63. de R. V. V. Si fullo aut sarcinator polienda sar-
ciendave vestimenta certã mercede constitutã accepit, illa verò
ipsi per furtum subtracta fuerint, actione locati à domino ad
rem amissam restituendam conveniatur §. 15. 7. de obl. quæ ex de-
lict. nasc. potest domino opponere exceptionem cedendarum a-
ctionum, & petere, ut sibi præstet actiones suas, id est, rei vindi-
cationem aut conditionem furtivam contra furem l. 25. §. ult.
ff. loc. cond. Licet enim fullo furti actio suo nomine competat,
quippe cuius interest furtum factum non fuisse d. §. 15. 7. de Obl.
quæ ex delict. attamen rei vindicationem & conditionem fur-
tivam, quippe quas solus dominus habet l. 23. de R. V. l. 1. de con-
dict. furt. non potest instituere, nisi prius hæc à verò domino sint
cessæ d. §. 15 Inst. de obl. quæ ex delict. §. l. 25. ult. ff. locat.

TH. VII. Quintus & ultimus casus se offert in materia ju-
ris offerendi, quibus enim justè oblatio facta, iis incumbit ce-
dere actiones suas illis, qui habent jus offerendi. Id quod patet
(I.) in creditoribus: Posterior enim creditor potest primo credi-
tori offerre debitum, & bona debitoris per hypothecariam oc-
cupata avocare, atq; sic in jus ipsius succedere l. ult. C. de his qui in
prior. cred. loc. succ. l. 8. C. qui pot. in pign. l. 11. §. ult. ff. qui pot. in
pign. l. 10. C. eod. l. 22. C. de pign. & hypoth. Berlich. p. 2. Concl. 3.
n. 3. & eo non acceptante, potest in judicio pecuniam obfigna-
re ac deponere, l. 1. qui pot. in pign. & hoc facto creditorem
priorem cogere, ut jus suum in se transferat, actionesque suas
sibi cedat l. 1. C. qui pot. in pign. l. 17. ff. eod. l. 45. §. ff. de jur. fisc.
atque hoc modo posterior creditor confirmat sibi pignoris
causam, & locum prioris occupat, ejusque juris capax fit. l. 5. ff.
de distr. pign. l. 22. C. de pignor. l. 12. §. 12. ff. de capt. vid. Gail. 2.
obs. 18. n. 11. & obs. 92. n. 1. Eadem tamen oblatio & cessionis pe-
titio

titio non habet locum; si creditor priori, ut remedio *l. 3. C. de jure dom. impetr.* usus, dominium impetravit, vique illius pignus vendidit. *Gail. d. l. n. 13.* Post pignus enim legitimè distractum creditori vel emtori serò pretium offertur *l. 7. C. de distr. pign. l. 2. C. si antiq. credit. pig.* cum jus posterioris creditoris eò ipso sit sublatum. Similis ratio in tertio creditore est, si enim secundus creditor pignus debitum offerendo accipit, eidem à tertio rursus potest offerri, & simul cessio actionis peti. *l. 5. in fin. de distr. pign.* cum secundus creditor facta oblatione non proprietatem, sed jus obligationis, quod prior habuit, sibi comparavit, ut eo ipso creditum suum habeat salvum *l. 6. ff. de distr. pign.* Eundem in modum porrò secundus creditor actiones cedere necessum habet, si tertius possessor hypothecæ, quem actione hypothecaria convenit, debitum solvat seu offerat. *l. 19. ff. qui pot. in pign.* cum oblationem ipsi jura tribuant *l. 12. §. 1. quib. mod. pign. solv. l. 40. §. 2. ff. de pact.* Quæstionem movent hîc Dd. num quilibet possessor, etiam injustus, actorem compellere possit, ut sibi cedat jurâ suâ, quæ ipsi competunt? Affirmativam tenet *Neguzant. de pign. p. 1. membr. 3. part. 5. pr. n. 26. fretus. l. 12. §. 1. ff. quib. mod. pign. solv.* ex cujus generalitate hoc convincere conatur; In contrarium abeunt *Joh. à Sande Tr. de cess. act. cap. 6. n. 62. Ant. Fab. l. 8. Cod. tit. 10. def. 3. Morotius tr. de jur. offer. n. 3.* hique pro fundamento ponunt *l. 19. ff. qui pot. in pign.* quorum sententia juri conformior videtur, cum *d. l.* expressè justum possessorem ponat. Ad rationem dubitandi quam movet *l. 12. §. 1. quib. mod. pign. solv.* dici potest, quod generalitas illa restringenda sit ex illa *l. 19.* & quod controversia isthac perfectè demû in hac lege decidatur.

TH. II V. Atq; hæc de necessaria cessione dicta sufficient, cum potiora tantum adducere animus fuit: His itaque perspectis facilè patebit, quid voluntaria cessio sit, quique voluntariè cedere possint, nimirum omnes illi, qui non coactè, sed ex liberrimo placito actiones in alium transferunt; Cum vero non satis adhuc constet, quinam possent sic cedere, hinc de his, ut & cessionariis, sive cessionem acceptantibus in sequenti capite ero acturus.

CAPUT

CAPUT III.

Quod personas tum cedentes, tum eas, quibus cedi potest, exhibet.

THES. I.

Pergo nunc ad personas, quæ cessiones inire & celebrare possunt, & quæ non. Cum autem illæ duplicis generis sint, cedentes & cessionem acceptantes, hinc opus erit, ut utrarumque conditionem & qualitatem dispiciamus & primò quidem cedentium. Sciendum verò est, quod omnes illi cedere actiones suas queant, qui liberrimam bonorum suorum, aut etiam aliorum habent administrationem, & jure civili bona sua vel aliorum alienare possunt; qui enim non possunt alienare, etiam non possunt cedere Tuschus *in pract. Concl. lit. C. concl. 203. n. 1.* Cùm cessio nihil aliud sit, quàm species alienationis, quæ jus nostrum transfert ad alium, *l. ult. C. de hered. vel act. vend. l. 55. de Procurat.* Alienationis enim verbum latè patet, & pro omni actu, per quem dominium sive corporalium, sive incorporalium rerum transfertur, accipi potest, *l. 1. C. de fund. dotal.* Et quoniam appellatione bonorum etiam actiones veniunt *l. 21. l. 49. de V. S. l. 4. C. qua res pign. oblig. l. 1. §. 7. ff. si quid in fraud. patr. l. 37. ff. de usufr. legat.* hinc rectè inferitur, quod illi, qui habent jus bona administrandi & alienandi, etiam actiones sub illis contentas possint cedere.

TH. II. Cum tutori propter pupilli judicium imperfectum, & curatori propter imbecillius minoris judicium, bonorum illorum administratio committatur. *tit. ff. de admin. & peric. tut.* & ad hanc quoque spectet potestas alienandi res pupillorum atque minorum *l. 12. §. 1. de administ. tut. l. 47. §. 1. de min. l. 20. de aut. tut.* hinc quoque cessio actionum pupillarum & minorum ipsi tutori sc. & curatori erit permissa, præprimis cum instar dominorum sint *l. 27. l. 55. §. 1. de admin. & peric. tut.* non tamen omnes actiones, sed tantùm competentes ad res mobiles, quæ servando servari non possunt. *arg. l. 22. in f. C. de administ. tut. l. ult. C. quand. decr. opus proprio ausu alienare & cedere valent;* Aliàs enim requiritur justa & urgens alienan-

C

alienan-

alienandi causa, causæ cognitio & inquisitio à iudice facienda, ut
& decreti interpositio. *l. 22. C. de administr. tut. l. 16. C. eod. præ-*
fertim in rebus immobilibus. t. t. ff. de reb. eor. qui sub tut. vel cur.
Magn. Dn. Struv. *Ex. 31. tb. 84. Carpz. part. 2. C. 11. de f. 38.*

Th. III. Porrò ratione rei alienæ administrationis & ju-
ris alienandi procuratores actiones principali competentes ce-
dere possunt extraneo; Non tamen quilibet procurator hoc
facere potest, sed is demum, qui habet speciale ad id manda-
tum *l. solut. 11. §. ult. ff. de pignor. act. l. fundi. 33. ff. de acquir. vel*
amitt. possess. vel cui generale mandatum, & quidem cum libera
administrandi potestate datum est. Cùm enim talis instar
domini de rebus desponere possit, l. 60. §. pen. mand. l. 9. §. 4. de
A. R. D. v. 126. verb. si cui libera & c. §. 43. Inst. de R. D. junct. l. 63. de
procur. Struv. Ex. 7. tb. 26. meritò quoque ipsi cessio sive aliena-
tio dominicarum actionum competet. Idem tamen hoc cum
generali mandato eoque simplici sive sine libera constituto de-
negatur. Nam cum hic bona domini alienare prohibeatur l. 8.
C. de Procurat. l. 63. ff. eod. neque actiones domini cedere poterit.

Th. IV. Et quoniam præter jam dictos procuratores sine
libera, (qui in alienis) etiam alii, (qui in propriis disponere ne-
queunt) supersunt, qui partim naturâ, partim lege inhabiles
sunt, quò minus actiones suas alias cedere queant: hinc obser-
vato hoc ordine hâc thesi proponam adhuc eos, qui naturâ
prohibentur cedere, ut sunt (1.) Infantes, septimum ætatis
annum non egressi *l. 18. C. de jure delib. Cum enim eorum nul-*
la voluntas, nullus intellectus, nullus consensus §. 9. l. de inutil.
stipul. & in jure expressè prohibitum sit, ne ullum negotium
contrahant l. 5. de R. I. ideò quoque vix actionum cessio his
erit permessa, (2.) Furiosi; Nam cùm hi æque ac infantes ni-
hil sibi acquirere possint l. 1. §. 3. l. 32. §. 2. de acquir. poss. multò
minus distractio rerum suarum ipsis erit concessa, præprimis
cum hi nullum habeant sensum, neque intellectum §. 1. quib. non
est permiss. l. 22. §. 7. solut. matr. Intelligo autem furiosos quâ
tales, hoc est eos, qui continuâ mentis alienatione omni intel-
lectu carent, & perpetuò furore agitantur l. 14. ff. de off. presid. l.
9. C. de impub. & al. substis. Unde secus in illis, qui intervalla-
tum

tum furorem habent; hi enim tempore intermissionis omnia rectè peragunt. *l. pen. C. de cur. furios. l. 12. §. 2. l. 39. de Jud.* Idem etiam de mente captis dicendum erit, cum eadem ratio inter furiosos & mente captos intercedat, sc. quod utrique intellectu & sensu careant, consilioque curatorum regantur §. 3. & 4. *Inst. de Curat.* Et cum hi nullos contractus, nullumque negotium gerere possint, §. 9. *Inst. de inutil. stip. l. 2. C. de contrab. stip.* hinc quoque nullam cessionem actionum sibi competentium facere poterunt. (3.) Adducendi quoque huc sunt ebrii, non quidem illi, qui modice ebrii & paulo plus adhiberunt, sed qui propter nimiam ebrietatem omninò non sunt mentis & rationis compotes, ac propterea furiosis assimilatur. *arg. c. 14. de vit. & bon. coler. c. 7. q. 1. XV. Magn. Dn. Struv. Ex. VI. th. 37. in f. Gail. 2. obs. no. n. 28. cum canente Lucretio lib. 4. de natura rerum illorum*

*Claudicet ingenium, delirat linguaque mensq;
Omnia deficiunt atq; uno tempore defunt.*

Adeoque nec his concedendum, ut transferant actiones suas in alios, neque hi cessionem in ebrietate factam ratam habere tenentur, cum fides in ebrietate data non sit obligatoria. *c. unusquisq; 8. c. 22. q. 4. c. sanè. 7. c. 15. quest. 1. Wesenb. in paratit. ff. Tit. de nupt. Tiraq. Tr. de pœnis caus. 6. n. 8.* Si tamen sobrius factus cessionem ratam habuerit, valet. *Wurms. in nucl. jur. centrov. tit. de nupt. centrov. 2. (4.)* Arceri quoque debent à cessione muti atq; surdi simul naturâ; secus si utroque defectu casu, vel alterutro tantum naturâ laborant *arg. l. 10. C. qui test. fac. poss. Job. à Sande. sr. de cess. c. 3. n. 4. & 5.* modò ratione non sint destituti; tunc enim omnes conventiones & negotia validè celebrare possunt, modò animum suum per signa vel alio modo declarare queant, quò alii eorum mentem atque intentionem exinde cognoscant. *l. 65. §. 3. verb. nutu possunt. &c. ad Sc. Trebell. l. 93. §. 1. de acquir. hered. Dn. Struv. Ex. 6. th. 36.*

TH. V. Nunc ad eos progredior, quibus lege interdicitur, ne alteri actiones suas mandent, quales 1. sunt: Impuberes & pupilli sine autoritate tutoris *arg. pr. inst. de aut. Tut. vel Cur. l. 43. de O. & A. l. 41. de condict. indeb.* (2.) Minores 25. annis curatorem habentes. Cum enim singulariter constitutum, quod curatorem habentes minores, non possint ullum celebrare a-

Cum, quò res suas alienent, l. 3. C. de rest. in integ. min. Hillig. 12.
Comment. c. 22. Hinc rectè ex his inferitur, quod etiam cessio
actionum suarum, utpote quæ alienationem sapit, sine præscitu
& consensu curatorum ineunda ipsis sit prohibita. Sin verò sub
curâ non sint, tunc validè cessiones perficere possunt. d. l. 3. C.
de rest. minor. Læsi tamen restitutionem in integrum impetra-
re queunt arg. l. ult. C. si advers. vendit. d. l. 3. C. de rest. min. l. 13.
pr. de excus. tut. l. 6. de curat. furios. l. 6. de V. O. l. 1. de min. l. 43.
de O. & A. conf. Magn. Dn. Struv. Ex. 6. tb. 40. Cum (3.) Pupillis
& minoribus jure Saxonico accenseantur mulieres maritatae,
quæ per nuptias cum universâ bonorum suorum substantiâ in
potestatem & tutelam viri transeunt, & dehinc ad instar pupil-
lorum atq; minorû sine autoritate maritorum integram perso-
nam contrahendi & alienandi non habent, adeò ut si hoc fiat,
contractus ipso jure nullus sit, prout aliàs jure civili de pupillis
vel minoribus dispositum est, & expressè hoc patet, in Weichb.
art. 65. & Landr. art. 45. lib. 1. ubi dicitur: Ein Weib mag ohne
ihres Mannes Willen ihr Guth nicht vergeben/ &c. cum mari-
tus uxoris tutor sit Landr. art. 31. lib. 1. art. 45. lib. 3. ubi habe-
tur: Der Mann ist seines Weibes Vormund/ zu Hand/ als sie
ihme getrauet ist/ sequitur hinc, quod neque cedere actiones su-
as possint alteri, sive cessio sit onerosa, sive gratuita, cum & o-
mnis donatio ipsis jure Sax. sit prohibita Magn. Dn. Richter / in-
clute facult. Jurid. in hac Salana Ordinarius venerandus & De-
cret. P. P. famigeratissimus Patronus & Promotor meus submis-
sa animi observantia prosequendus. part. 1. decis. 22. num. 47.
Secus tamen est de jure Civ. quo uxor, exceptis dotalibus, libe-
ram habet potestatem alienandi bona sua sive receptitia, sive
paraphernalia fuerint, neque requiritur præsentia & consensus
mariti l. 6. C. de revoc. donat. cum bona hæc planè uxoris sint,
l. 8. l. ult. C. de pact. conv. l. 9. §. 3. de jur. dot. Dn. Struv. Ex. 29. tb.
56. Schnedvv. ad S. alia: inst. de donat. n. 53. & seq. & marito ni-
hil juris, nisi quatenus mulier patiatur, competat. d. l. ult. & l.
8. C. de pact. conv. ibiq; Gothofr. lit. g. hinc colligi potest, quod
utique etiam actiones, si quas extra dotem habent, possint ce-
dere. Virgines autem & viduæ rectè cedunt, etiam ipso jure

Sax.

Sax. modò majores XXV. vel de moribus nostris XXI. annis, cū
in negotiis extrajudicialibus, etiā abs que curatoris consensu
licite contrahant, & omnia validè agant. Landr. art. 45. lib. 1.
Magn. Dn. Richter / Dec. 27. Wesenb. in ff. tit. de donat. n. 4.
Schneidevv. ad §. alia Inst. de donat. n. 54. (3.) Prodigii, quippe
quibus bonorum suorum administratio interdicta, & quidem
decreto Magistratus, l. 1. l. 6. l. 16. de curat. furios. l. 22. de tut. & cur.
l. 8. pro emt. l. 12. mand. l. 35. §. 1. de admin. tut. Magn. Dn. Struv.
Ex. 6. tb. 38. Sutholt. diff. 3. tb. 47. Quoniam enim his omnis ad-
ministratio & alienatio est interdicta, neque actionum cessio
ipsis concessa esse poterit. Limitationem autem nostra assertio
pati videtur in eo, si prodigi cedendo conditionem suam faci-
unt meliorem arg. l. 3. de novat. tunc, cum in acquirendo
non sint prodigi, merito cedere queunt. (4.) Banniti; qui e-
nim Banno imperiali plexi, die in die Kaysersliche Acht erkläret/
amittunt omnia bona, & pro civiliter mortuis habentur, ut no-
tant Dd. in l. 1. C. de hered. inst. & actiones, omniaque beneficia
juris communis perdunt vid. Kaysersliche Kammergerichts. Ord.
p. 2. tit. 10. §. 2. ibi: dar zu anch alle Verschreibung ihnen zustehend/
darauff sie Forderung oder Zuspruch haben möchten/ gegen den je-
ztigen die ihnen verhaftt wären ab und todt seyn. Gail. lib. 2. obs.
86. n. 9. & seq. & lib. 1. de P. P. c. 6. n. 15. & Carpz. pr. Crim. quest. 140.
n. 27. Struv. Ex. 49. tb. 97. Hinc nec actiones, quippe quas non
amplius habent, possunt cedere: denuò tamen post bannum
acquisitas rectè cedunt arg. l. 22. §. 5. ff. mandat. Speciale verò
in speciali banno ratione certæ provinciæ irrogato obtinet; cum
enim eo casu tantum jura civitatis, & bona sub illius provinciæ
territorio sita amittant. l. 4. C. de jure Fisc. lib. X. Jura verò com-
munia, & bona extra territorium sita retineant, Gail. d. c. 6. n. 15.
adeoque etiam actiones, quæ adversus extraneos ipsis compe-
tunt, hinc ea merito cedere possunt. (5.) Prohibentur Judæi
cedere volentes nomina & actiones suas adversus Christianum
alii Christiano per Rec. Imp. de Anno 1551. §. diesem zu begegnen:
fol. 388. ibi. es soll auch kein Christ hinfürder/ einem Jüden seine A-
ction und Forderung gegen einen andern Christen abtauffen/ oder
ein Jüd als Schuldgläubiger einen andern Christen solche action
und

und Forderung in einigen Wege cediren/ober einem Contracts-wei-
se zustellen bey Verlust derselben Forderung. Idem repetitum est in
der Policey-Ordn. zu Franckfurt de anno 1577. tit. 20. §. es soll
auch. Ratio est, quod Judæi de usuraria pravitate sint suspecti,
dum perfidi isti homines Christianorum facultates exfugant
*Ord. Polit. de anno 1530. tit. von Jüden und ihren Wucher. de
anno 1548. eod. tit. & Reichs-Abscheid de 1576. §. neben Veracht-
schlagung. unde sanguisugis æquiparari solent. Gilhauf. in arb.
judic. part. 1. c. 1. §. 1. n. 70. Immenfas illorum usuras & im-
probum foenus ostendit Limnæus Tom. 1. de jur. pub. lib. 3. c. 7.
n. 41. ubi exhibet tabulam des Monatlichen und Jährlichen ge-
rechneten Wuchers/ ex qua apparet, quod Judæus si saltem du-
os nummos per heptomadam à floreno usurarum nomine acci-
pit, intra viginti annos ex viginti saltim florenis lucratur fermè
quingenta duo millia florenorum. Quin imò ipsi Judæi re-
ferente Christiano Gerson im 1. Theil des Thalmuds c. 23. dicere
solent. Wer 100. fl. im Handel hat/ der kan alle Tage Fleisch essen/
und Wein trincken/ wer hingegen 100. fl. an Ackerwerck leget/der
kan nur Kraut und Salat essen. Hinc meritò certa poena ad re-
primendam istam usurariam pravitatem legislatoria autoritate
est statuta, ut Judæus actionem suam amittat per *d. Recess. Imper.
Magistratus verò cessionis ejusmodi instrumentum conficiens
infamiam subit. R. Imp. de anno 1551. §. zu dem wollen und gebie-
ten wir. Excipiunt tamen Magnif. Dn. Richter/ p. 1. decis. 36. n.
12. & Ben. Carpz. p. 2. c. 30. def. 45. ut & lib. 5. Resp. 38. eas obli-
gationes, quæ legitimè coram magistratu sunt contractæ, ut Ju-
dæus hoc modo etiam cum Christiano contrahere non prohi-
beatur; Et quæ de dicta usuraria pravitate suspectæ non sunt, si
sc. Judæus verum & liquidum debitum Christiano cedat, &
hanc cessionem debitor non impugnet. Idem etiam proponit
Magnif. Dn. Bechmann. *Præceptor Patronus atque Promotor
meus ac acem colendus in Comment. ad ff. tit. de hered. vel act.
vend. n. 30. Hæc de personis, quæ cedere possunt.***

TH. VI. Devenio nunc ad eos, quibus cedi potest, quibus
non. Ut autem breviter dicam, quid res sit, sciendum, quod o-
mnibus illis, quibus res corporalis vendi, quibusque solvi potest,
etiam

etiam actio cedi & vendi possit, nisi qui speciali lege prohibean-
tur. Fundamentū assertionis nostræ patet ex præmio nostro, cum
quod in corporalibus rebus traditio, in incorporalibus cessio effi-
ciat; Quapropter cui solvi & tradi potest res corporalis, vel quan-
titas, ei etiā actio cedi potest. Quemadmodū autem non solum in
venditione persona emens liberam bonorū suorum administra-
tionem & alienandi facultatem habere debet. Dn. Struv. *Ex. 23. 1b.*
3. sed & in solutione requiratur, ut is, qui solutionem recipit, seu
cui solutio fit i.e. creditor, idonea sit persona *l. vero procuratori 12*
de solut. Sigism. *Scacc. de commerc. §. 2. gloss. 5. n. 23.* Steph.
Gratian. *Tom. 4. discept. forens. c. 761. n. 18.* sic etiam in cessionem
acceptante exigitur, ut habilis sit, i. e. ut libera bonorum ad-
ministratōne & alienatione polleat, cū eadem ratio, uti jam
dictum, intercedat.

TH. VII. Statim exinde elucet, quod furioso, prodigo, in-
fanti, mente capto, naturā surdo & muto, & id genus hominibus
aliis, quibus rerum administrandarum jus non competit *l. 12. §. 1.*
de jure jur. cedi nequeat, per *l. 1. §. 12. & seqq. de O. & A.* autore
tamen tutore vel curatore rectè ceditur *arg. pr. inst. de aut. tut. §.*
l. 32. §. 2. de acquir. pasc. exceptis furiosis & mente captis, qui nul-
lum negotium, etiam si confirmet curator, celebrare possunt, sed
opus est, ut solus curator nomine ipsorum expediat *l. 5. l. 40. junct.*
l. 189. de R. J. l. 1. §. 12. de O. & A. l. 70. §. 4. de fidejuss. l. 2. C. de contr.
emt. Pupillo tamen, qui dari potest, donandi animo, etiam non
interveniente tutoris autoritate, actio cedi posse *arg. pr. inst. de*
aut. tut. putat Joh. Sande tr. de act. cess. c. 4. n. 4. cum tutoris
autoritas in contractibus *μονοπλῶγῆς*, ubi pupillus non obli-
gatur, non requiratur. *d. pr. Inst. de aut. tut.* Hoc modo etiam
mulieres maritatae cessionem sibi acquirere possunt, cum hoc in
passu pupillis & minoribus accenseantur: de virginibus tamen
& viduis minus est dubii per tradita supra *1b. 5. n. 7.*

TH. VIII. Speciali autem jure (1.) prohibita est cessio
quæ fit in potentiores malitiosè, ut illorum potentia debi-
torem opprimat, ut aut saltem per substitutionem gravioris adver-
sarii plus negotii & molestiarum creetur, *l. 2. C. ne lic. pot. parv.*
litig. prest. Hinc severa ab Impp. est constituta pœna, ita ut ce-
dens

dens jacturâ causæ adficiatur, potentior verò arbitrariè punia-
tur *l. 1. C. eod. Wesenb. in C. ad d. 1.* Secus tamen est, si
cessio bona fide, & non vexandi aut opprimendi adversarij
causâ facta est, & de eò constat, *arg. l. qui stipendia 9. C. de procm-
rat. B. Frantz. 1. Resol. 10. n. 53. Dn. Struv. Ex. 47. th. 66. Magn.
Dn. Richter 1. dec. 36. n. 6. 7. 8. 9.* Cum jura illud prohibentia sem-
per se super fraude fundarint. Hinc si cessio facta potentiori san-
guine cognato creditori, sc. filio, &c. valet; tunc enim præsumtio
doli, fraudis, vexationis & territionis cessat. *Tiraquell. de retract.
conventional. in prefat. n. 33. & seqq. Menoch. l. 3. presumt. 130. n.
39. Dn. Brunnem. ad l. 2. C. d. 1.* qui plures in simul præsum-
tiones fraudem excludentes proponit.

TH. IX. Quæri autem hic potest. (1.) quis in hac re dicatur
potentior? Et eum tripliciter vocabulû potentioris in jure nostro
adhibeatur. 1. Ratione officii, dignitatis & potestatis 2. ratio-
ne divitiarum, & 3. ratione privilegii, ut Ecclesiæ, literati, viduæ
&c. idcirco mirum in modum in decidendâ hac quæstione Dd.
dissentiunt. *Cujac. in paratit. C. ne lic. potent* quem sequitur *Go-
thofr. in rubr. C. eod. & Pac. in Method. ibi n. 2.* putant, per po-
tentiores hic intelligi eos, qui gratiâ & opibus polleant, & quibus
adversarius par esse non possit. Horum vestigia quoque premit
Joh. à Sande tr. de aut. Cess. c. 4. n. 8. allegans vocem: opibus: Ve-
rum tutior & communior videtur sententia asserentium, quod
intelligantur illi, qui ratione officii vel dignitatis & potestatis
tales sunt: quales sunt illi, qui habent merum & mixtum im-
perium, ac potestatem de jure & facto super alium. *Menoch. lib.
3. presumt. 130. n. 37. Sichard. in l. 1. n. 2. C. ne lic. pot. Trentac. lib.
2. Resol. 2. de postul. n. 6.* cum expressi hac in re adsint textus in *d.
l. 1. §. in verb: & præsertim tenuiorum, qui sæpè importunè po-
tentum intercessionibus opprimuntur C. d. 1. l. 11. C. de his qui vi-
met. caus. cap. fin. & ibi glossa. de alienat. jud. mutand. caus.* Quod
tertijs generis personas attinet, qui fori privilegio gaudent, ut eò
difficilius conveniri possint, videtur illud hoc in loco non atten-
di, cum non de reo, qui privilegium hoc possit allegare, sed de
actore, qui actionem suam alteri mandare vult, hic sermo sit, id
quod ex ratione *l. 1. C. ne lic. pot.* probari posse videtur. *Brunnem.*

ad l.

ad l. 1. C. ne lic. pot. unde infertur, quod clericis, studiosis, militibus, & similibus, qui propter privilegium fori difficilis conventionis sunt, possit cedi, & cessio facta valeat, cum potentia hic, non privilegium respiciatur; Nisi fortè personæ hæ in potestate aliqua ratione officii constitutæ sunt, ut v. g. si Clerici Episcopi facti, cum propter jurisdictionem spirituales quam habent super laicos facile hi vultum terribilem possint ostendere. B. Frantzk. 1. Resol. X. n. 19. Considerationem tamen hanc potentia, quæ ex circumstantiis æstimanda, judicis arbitriò relinquunt Bald. in l. per diversas. C. mand. n. 23. & Menoch. de presunt. 130. n. 37.

TH. X. Quæri (2.) potest: Quomodo quis hic dicatur potentior, an ratione cedentis, an vero ratione illius contra quem actio ceditur? Prius defendit Cujacius lib. 8. obs. 31. & cum eo novissimè Joh. à Sande tr. de act. cess. c. 4 n. 9. ut & Frantzk. 1. Resol. 10. n. 11. qui ad actorem solùm id restringunt. Tutior tamen videtur sententia illorum, qui respectu debitoris, sive ejus, contra quem ceditur actio potentiores æstimant, nec fundamento destitui videntur, cum in l. 1. C. ne lic. pot. dicatur: hoc proposito metu; ita ut reo, sive contra quem ceditur, timor inferatur, Bl. Conf. 391. Tuschus concl. pract. tit. P. Conclus. 461. num. fin. Licet non desint, qui cum Bartol. in d. l. 1. n. 4. Salicet. Castrens. Jas. & Dd. communiter ibid. Trentacinq. lib. 2. var. resol. tit. de postuland. resol. 2. n. 2. putent prædictam prohibitionem non saltim ad actorem sed & reum pertinere, quos quoque Brunnem. in l. 1. C. ne lic. pot. novissimè sequitur. Ego tamen salva viros tantorum auctoritate illorum sententiam potius apprehendam censu, qui ad debitorem seu ad eum, contra quem actiones sunt cessæ, referunt.

TH. XI. Porro II. Advocatis & procuratoribus quota actionis v. g. pars tertia, quarta &c. pro labore à clientibus eorum cedi nequit, propter expressos text. in l. 5. §. 2. C. de postul. & ibidem Brunnem. l. 15. C. de procurat. l. 20. C. mandat. l. 53. ff. de pact. Ratio hujus rei colligenda est ex l. 6. §. f. & l. 7. ff. mand. ne hoc ipso advocatus ad calumniandum inducatur. Ita ut ad reportandam victoriam deceptiones & fallacias adhibeat, & ita ad il-

D

lam

lam per fas & nefas, uti dicunt, grassetur, vid. B. Carpz. *lib. 3. Resp. Elect. 1. n. 14.* de certâ tamen cum cliente summâ advocatus potest validè pacisci, modò non in respectu ad litem h. e. non expresso, quod scilicet pars ejus sit, neque ad ejus exitum, sed absolutè & simpliciter promittatur, *arg. l. 1. §. 12. de extraord. cognit. l. 3. l. 5. C. de postul. Gail. 1. observ. 44. n. 1. & seq. Berlich. p. 1. Concl. 9. n. 77.*

TH. XII. Cum III. sæpius accideret, ut tutores & curatores ab aliis inanes, infirmas ac inutiles actiones contra pupillos & minores emerent, sive etiâ ex causâ donationis eas sibi cedi procurarent, & deinde apochas, atque alia instrumenta, quibus se pupilli potuere defendere, interverterent, idcirco omnis cessio in persona tutoris vel curatoris, quæ olim quidem erat permissa *l. 12. de reb. eor. qui sub tut.* hodie planè est prohibita. *Nov. 72. c. 5. Auth. minoris. C. qui dar. tut.* in tantum, ut ea, licet causa justa, & vera venditio præiverit, nullius tamen sit valoris. *d. l. Nov. c. 5. pr. verb. aut pervenditionem. & §. 1. circ. med. verb. licet hac cessio pro veris causis & c.* Et quidem, si spreta hac prohibitione cessio inita, cedens actione suâ cadit, & ipse tutor cessionarius eam exercere non potest; sed tota cedit lucro pupilli, minoris, aut furiosi vel prodigi *d. Nov. 72. c. 5. d. Auth. minoris vers. sed si action. cessio. & c.* Rittersh. in *Nov. par. 8. c. 6. n. 12. & 13.* Patri tamen & avo filiorum suorum tutori cedi posse actionem communiter volunt. Joh. à Sande *tr. de act. cess. c. 4. n. 25.* Arcum enim naturæ vinculum fraudulentam illam instrumentorum occultationem in his personis non præsumit. Idem quoque in matre & aviâ, cum sint legitimæ liberorum suorum tutrices. *Auth. matri & avia C. quand. mul. tut. off. Nov. 118.* obtinere videntur: sunt enim extra omnem suspicionem, modò secundis nuptiis abstineant. Quæri autem hic potest: Num cessio hac solum modò tutoribus interdicta sit durante tutelâ & cura, an etiam depositâ eâ? Aff. posterius per *Nov. 72. c. 5. §. 1.* Rittersh. *d. l. 70.* Matth. Stephan. in *explic. d. Nov. 72. n. 16.* Cum enim legislator perspiceret, posse adhuc malitiosè agere curatores, si tempore administrationis se ad ejusmodi fraudulentas cessiones præpararent, dum instrumenta minorum abscondant, præordiantes

nantes malè, quod è re ipsorum 'imposterum futurum esse existimant, sancivit tales cessiones tutori in pupillum factas nullas esse, tam in ipsa administratione, quàm post finitam tutelam. Hæc de personis dicta sunt, nunc de materiâ erit dispiciendum.

CAPUT IV.

De materia seu objecto Cessionis,

THES. I.

Dictum supra in definitione cessionem fieri super actiones, hinc ordinisratione dicendum jam erit de actionibus istis, quænam cedi queant, quæve minùs. Generaliter autem omnes omninò actiones alicui competentes sive reales illæ sint, sive personales alteri cedi possunt; quod patet, ex *l. ult. C. de hered. vel act. vend.* Tiraq. *de re tract. consangu.* §. 26. gl. 3. n. 2. Magnif. Dn. Struv. *Ex. 23. tb. 78.* tam principales, quàm accessoria, quin imò cedis illis etiam hæc censentur cessa v. g. actio contra confidejutores. *arg. l. 2. C. per quas pers. Sich. in l. 6. n. 5. C. de O. & A. & actio hypothecaria l. Creditore. i. l. 11. C. de fidejuss. l. 7. C. de O. & A. ibique Dn. Brunnem.* modò hypotheca constituta sit in bonis allodialibus. Aliter enim in feudalibus res se habet; tunc enim hypotheca cum consensu domini constituta alteri cedi nequit, nisi novus domini consensus accedat *2. feud. 52. Carpz. p. 2. C. 20. def. 8.* Non solùm jam nata, sed & futura; quin imò spes futurae actionis *l. 46. ff. de pact. l. 3. C. de donat.* Cessa quoque actio rursus alteri cedi potest; Cum enim actiones in bonis nostris sint *l. 49. de V. S. & ibi Joh. Gædd. n. 15.* & nomine bonorum etiam actiones veniant, *uti cap. preced. 3. tb. 1. dictum,* nihil obstare videtur, cur nequeant cedi. Donell. *lib. 15. Comm. cap. 44.* Hoc tamen quæri potest. *An cessionarius jus seu actionem cessam etiam ante L. C. rursus cedi possit, an verò demum post L. C. Resp. Affirm. prius.* Licet enim procurator ad agendum datus ante L. C. alium procuratorem constituere nequeat, *l. 18. C. de procur. aliud tamen in cessionario obtinet, qui non nudus procurator, sed in rem suam agit, adeoque instar domini est, uti supra quog, dictum c. 1. tb. 5. vid. Tusch. Concl. Pract. Lit. C. concl. 203. n. 16.*

D 2

TH. II.

Th. II. Prædicta tamen adsertio duas patitur limitatio-
nes. I. Nisi ipsa actionis natura obstet; tunc enim cessio nul-
lius est momenti, quod fit, si actio certæ personæ datur in-
tuitu: Ut vero constare possit, quæ actiones, quæque jura
certæ personæ deferantur, Dd. hanc exhibent regulam, quod sc.
non ad subjectum, aut terminum actionis sit respiciendum, cum
omnes actiones ex contractu descendentes personæ attribuan-
tur, sed ad causam propter quam tribuuntur. Petr. Barbosa *in l.*
quia tale 14. n. 3. & *seqq. ff. solut. matrim.*

Th. III. Ut vero hoc eò rectius percipiatur, species &
exempla quædam actionum ac jurium, quæ propter intuitu per-
sonarum in alterum transferri sive alteri cedi nequeunt subji-
mus; cui enim jura nō possunt cedi, multò minus actiones ad pe-
tenda illa jura cedi poterūt. Talis modi verò sunt. (I.) privilegia &
jura singulari gratia alteri concessa, quæ alteri cedi nequeunt.
arg. l. 42. ff. de admin. tut. l. 42. de oper. liber. l. 12. §. f. de precar.
cap. fin. X. de rescript. Menoch. conf. 101. n. 20. Franc. Salgado.
in Labyr. p. 2. cap. 4. n. 13. p. 2. c. 4. n. 13. (II.) Jus usufructus,
quod usufructuarius neque alienare, neque cedere potest. §. 3. *l.*
de usufr. nisi ipsi domino cessio fiat. *d. §. 3. l. 66. de jur. dot.* com-
moditatem tamen & facultatem utendi fruendi usufructuarius
alteri cedere potest. *l. 12. §. 7. l. 38. l. 67. ff. de usufr.* Quidam sub di-
stinctione hoc proponere volunt, quod sc. usufructuarius jus per-
sonale non possit transferre, sed jus reale. Verum non videtur ap-
prehendenda hæc distinctio, cū usufructus utpote servitus per-
sonalis jus reale esse nequeat. vid Magn. Dn. Bechm. *in Comm.*
ad ff. tit. quib. mod. usufr. amitt. n. 71. (III.) Jus usus, neque et-
iam actio pro usu competens; cum personæ tribuantur intuitu
personæ §. 1. *f. de usu & habit.* Quod patet in legatario, cui à testa-
tore fundi usus est relictus, qui jus, quod vi legati ipsi competit,
alienare nullo modo potest. *d. §. 1.* (IV.) Operæ officiales: quæ
in officio quodam & ministerio exhibendo seu negotiis curandis
consistunt. *l. 9. ff. de oper. libert.* Artificiales tamen veluti fabri-
les, pictoriæ &c. cedi possunt. *d. l. 9. & l. 27. eod.* Ratio diversitatis
esse potest, quod illæ debeant præstari propter reverentiam pa-
trono, & sic ratione personæ: Hæ verò artificiales sc. ex promissio-
ne

ione debentur *l. 2. pr. l. 3. ff. d. t. (V.) Jus retractus consanguineitatis*: Cum enim finis hujus potior sit, ne bona illa è familia alienentur, quod fieret, si extraneo jus illud, qui de familia non est, cederetur *Carpz. p. 2. Const. 31. def. 19. Gail. 2. O. 19. n. 10.* Si tamen consanguineus consanguineo in familia proximè sequenti cedit, cessione valet, cum hòc modò res è familia non exeat. *Berlich. part. 2. Concl. 39. n. 44.* Secus si remotiori; tunc enim intermedius potest jus cessum revocare. Cum jus illud protimè feos non indistinctè omnibus collateralibus & cognatis detur, sed tantum proximioribus gradu, exclusis aliis remotioribus *arg. text. 5. feud. 13. post. pr. verb. quos vocavimus per ordinem.* Conventionale tamen jus retractus, ex pacto de retrovendendo oriens, rectè ceditur, cum facultas hæc moralis ad certam personam non sit restricta. *Dn. Carpz. p. 2. Const. 1. def. 12. Magn. Dn. Struv. Ex. 23. tb. 45.* Reliqua quoque retractatum jura, quæ non ob personam vel qualitatem personæ, sed ob rem tribuuntur, rectè ceduntur, adeoque & actiones ad ista obtinenda cedi possunt. (VI) Actiones criminales sive publici sive privati iudicii sint, *arg. l. pen. §. ult. ff. de publ. jud. l. 1. ff. an per alium caus. appell. l. ult. C. de injur.* cum in his nemo alieno nomine, ut cessionarius, cui aliàs non nisi percessionem competiissent, intervenire possit. *d. txx.* tum quod talia crimina intendens, ipse in iudicium venire, & ad pœnam talionis inscribere necessum habeat. *ult. C. de accus. l. 3. ad Sc. Turpill. Carpz. pr. Crim. p. 3. q. 105. n. 2. & seqq. Dn. Struv. Ex. 7. tb. 32.* tum etiam, quod ille non rem privatam, sed publicam vindictam persequatur. *l. 9. §. 5. de public. junct. l. 5. l. pen. §. 1. de popul. act.* Neque etiam cedi poterunt actiones populares, in quibus itidem nemo alieno nomine intervenire potest. *l. 43. §. 2. de procur. l. 5. ff. de popul. act.* quando nim. de publico interesse & ad publicam vindictam agitur: *Q. Si autem de privato damno & interesse agitur, an tunc cedi hæ actiones possunt?* Resp. simplex quidem procurator ab eo, cuius interest, constitui potest. *l. 42. ff. de procur.* sed non procurator in rem suam; cum actiones hæ non tam privatos, quam populum concernant *Magn. Dn. Struv. Ex. 48. tb. 115.* Hinc eam instituens propterea non locupletior habetur, ut sc. eam in bonis habeat, cum quilibet eam

instituire & movere possit *l. pen. §. 1. de popul. act.*, licet ille cuius interest praeferatur. *l. 3. §. 1. eod.*

TH. IV. Quæritur autem de actione injuriam: *An injuriam passus alteri illam cedere possit?* De criminali ex antea dictis negando potest responderi. Quid verò de civili? Quidam hoc cum Farinacio *part. 3. q. 105. n. 208.* concedunt. Rectior tamen videtur sententia negantium. Licet enim aliàs in actione hac civili simplex procurator intervenire possit *l. 11. §. 2. l. 17. §. 19. ff. de injur. l. 42. §. 1. de procur.* Aliud tamen de procuratore in rem suam dicendum, cum injuriatus hanc actione non persequatur damnum rei familiaris, sed vindictam honoris denegati vel diminuti *l. 7. §. 1. vers. quid ergo: ff. de injur. cum in judicio actor injuriam debet æstimare, & quidem juratò Gail. lib. 2. obs. 102. n. 9. §. lib. de pignor. obs. 18. n. 3. Myns. cent. 1. obs. 84. in f. hinc actionem hanc per cessionem in alterum non potest transferre, cum hic salvâ conscientiam injurias juratò æstimare nequeat. Accedit & hoc, quod ante L. C. actor actionem hanc non censeatur in bonis habere *l. 28. de injur. l. 32. pr. ad L. falcid.* quocirca nequit eam cedere. Licet verò in ipsa tractatione causæ post præstitum juramentum de æstimatione injuriæ constet, attamen cum eò casu actio litigiosa effecta, de qua jam jam dicturi sumus, non potest per cessionem in alium transferri.*

TH. V. Q. Porro: *Quid in cessione actionis quærela inofficiosi testamenti obtineat, anne hæc possit cedi, nec ne?* Posterius affirmat Joh. à Sande *all. tr. c. 5. n. 5.* Verum magis congrua videtur sententia prius adferentium, ex ratione, quod actio hæc etiam hæredibus detur, & quidem liberis indistinctè, sive præparata illa sit, sive minùs à defuncto. *l. 34. C. de inoff. test.* Extraneis verò hæredibus tum demum, quando de voluntate defuncti constat *l. 6. §. f. l. 7. ff. de inoff. test. l. 5. C. eod.* hinc, quia actio hæc est transmissibilis, etiam est cessibilis juxta Brocardicum Dd. *in l. ex pluribus 42. de adm. tut. Zas. in l. si stipulatus fuerat de V. O. n. 22. Tiraq. de retr. lignag. §. 26. gl. 1. n. 27. Moller. lib. 1. semestr. 15. n. 5.* Accedit & hoc, quod quærela in officiosi testamenti tendat potissimum ad persecutionem rei familiaris; cum enim quibusdam personis jus succedendi ita competat, ut non
pos-

possint à relictis bonis testamento excludi *Nov. 1. in pref. §. ult.*
adeoque legitima ipso naturæ debetur. *l. 36. §. ult. vers. debite*
naturali. C. de inoff. test. dict. Nov. 1. prefat. §. 2. Dn. Struv. Ex.
10. th. 10. Hinc nihil videtur obstare, quo minus actio illa rea-
lis, ex jure in re sc. hereditario descendens, alteri possit cedi.
Hæc de primâ exceptione.

TH. VI. Subsequitur nunc secunda exceptio, quæ est: Nisi lex
cessione impediat. Prohibet verò jus nostrum indistinctè cessio-
nem actionum litigiosarum. *l. lite. 2. C. de litig.* Ratio hujus rei
consistit in his, quod leges & jura præsumant cessionem hanc ani-
mo exagitandi adversarium fieri. Ant. Perez. *ad tit. C. de liti-*
gios. n. 4. & quod adversarii causa durior reddatur. *l. 3. ff. de liti-*
gig. Cum verò vitium litigiosi non unò modò contrahatur; hinc
sciendum, quod aliter personales, aliter reales actiones fiant liti-
giosæ. Illæ fiunt tales lite jam contestatâ. *l. 2. C. de litig.* Hæ ve-
rò à die editæ citationis, sive ea facta sit à judice ordinario, sive
ab eo, quem princeps delegavit. *auth. litigiosa. C. eod. ibiq. Dn.*
Brunnem. Jure quoque Novellarum in actionibus hisce
realibus vitium litigiosi solâ precum sive libelli oblatione prin-
cipi facta, & judici insinuata, ac per eum reo cognita videtur in-
duci. *Nov. 112. c. 1. Auth. litigiosa. C. de litig. Perez, in C. d. t.*
Magn. Dn. Struv. Ex. 46. th. 48. Q. autem. I. Quid dicendum de
actionibus in rem scriptis, quomodo hæ sunt litigiosæ? Resp.
referendæ hæ sunt ad actiones reales, quia effectum suum
ab illis participant, dum nim. à tertio etiam res seu lucrum
potest peti, quod ex ipsarum nomine potest peti, dum in rem
scriptæ dicuntur. *Conf. Dn. Brunnem. ad auth. litigiosa. C.*
de litig. Dn. Struv. Ex. 8. th. 17. Q. II. Quorsum referende
sunt actiones mixtæ, quando sc. quis actione personali ipsam rem
petit? Resp. Distingui. inter actiones singulares & universa-
les. Ratione harum idem observatur, quod in realibus. *l. 3. l. 5. ff.*
de petit. hered. l. 13. fam. ereis. Ratione illarum verò vitium liti-
giosi, uti in personalibus, inducitur demum per *L. C. l. 1. C. comm.*
divid. quam distinctionem etiam approbare videtur *Dn. Brun-*
nem. d. l. cum aliis ibid. all. Dd.

TH. VII. Pœnam comparantis & alienantis litigiosam
rem

rem exhibet *l. fin. C. d. litig. & l. ult. ff. eod.* hinc eam prolixè
hic recensere nolo. A quâ tamen excepti casus in jure nostro po-
tissimum hi perhibentur. I. si actio cessa sit ex causa necessaria,
cum hoc in casu propter necessitatis durum telum dolus non
præsumatur. *arg. l. 69. §. 1. de leg. 2. l. 1. ff. de fund. dotal. & aliàs à*
quavis dispositione ea alienatio, sub qua & cessio includi de-
bet, censeatur excepta, quæ fit ex causa necessitatis. l. 2. C. de
patr. qui lib. d. §. l. sancimus 21. vers. excepto. C. de SS. Eccles. l. 22.
vers. exceptis. C. mandat. l. 1. de fund. dotal. l. 13. fam. ercisc. Spe-
cies hujus cessionis occurrunt (1.) in l. 5. ff. de petit. hered. (2.) in l.
ult. in f. C. de litigios. ubi plures per seriem recensentur. it. Nov. 112. c. 1.
vers. & hoc adjiciendum. l. 2. §. f. ff. fam. ercisc. II. Si fiat cessio
consensu judicis præcedente causæ cognitione, dum sc. interpo-
sita est satisfactio vel cautio idonea. l. 5. pr. ff. de petit. hered. dum
hoc ipso fraudis præsumtio cesset, & adversarius in omnem even-
tum securus reddatur. III. Si in testamentaria vel codicillari
dispositione cessio facta fuit. l. ult. C. de litig. Meditatio enim mor-
tis hoc in casu dolum excludit, cum nemo immemor salutis &
cum peccatis mori velle præsumatur. l. f. C. ad L. Jul. repetund.
hæc de objecto.

CAPUT V.

Formam seu modum cedendi actio- nem proponit.

THESES. I.

Licet cuilibet de rebus suis disponendi quovis modo liberrima
potestas concessa sit, quæ non modò ex antiquâ illâ lege
XII. Tabb., quæ dicit: Paterfamilias uti legasset super familia
pecuniaque sua, ita jus esto: sed & nostro jure patet §. 41. *Inst.*
de R. D. l. 21. C. mandat. In odium tamen alienarum litium re-
demtorum, qui alienis fortunis inhiant, & cessiones aliis com-
petentium actionum in semet exponi properant, ac adhibitis
persuasionibus sæpè cedentem quasi ad cessionem adigunt, ex
saluberrimâ D. Anastasii Constitutione cessionis justissimus
modus præscriptus in *l. per diversas. 22. C. mandat.* quem etiam
auctoritate itidem Imperatoriâ pollens Justinianus confirma-
vit

vāt in l. 23. C. eod. Modus autem ille potissimum his absolvitur partibus. (1.) Ut intercedat justus & idoneus titulus. (2.) si ex venditione cessio nominis fiat, justum ac æquivalens pretium, idque revera numeratum, requiritur. (3.) ut fiat in personam competentem, quæ autem talis sit, quæve minus, supra jam tum dictum, quò B. L. remissum volo.

TH. II. De primo requisito sciendum, quod sicut in incorporalibus rebus titulus idoneus & habilis ad transferendum dominium requiritur, qualis est venditio, donatio, in solutum datio, permutatio, in dotem datio, & similes alii, cum nuda traditio illud non efficiat l. 31. de A.R.D. Ita quoque in cessione idem adsit necesse est, cum cessio sit loco traditionis, per dicta superius. Hinc si justus titulus desit, nil quicquam juris cessionarius sibi acquirit, sed nudum tantum exercitium actionis commodum cedentis respiciens in ipsum transit, illeque pro simplici procuratore reputatur, & omne quod exegit, debet restituere. conf. B. Frantzk, 1. Res. 8. n. 6. De titulò tamen sive causâ hæc præprimis notanda veniunt, I. quod debeat in instrumento exprimi, si non nominatim & disertis verbis, tamen implicite, modò is exinde colligi possit. Hinc si in instrumento dicatur, quod cessio pro pretio tot vel tot aureorum facta sit, venditio præsumitur. Menoch. lib. 3. præf. 129. n. 30. Trentacin. lib. 2. de act. resol. 2. n. 1. & seqq. Speciale tamen in conjunctis personis obtinet; Licet enim tunc in cessione non fuit facta mentio tituli sive causæ, tamen præsumitur donationem præcessisse l. 26. de probat. Licet autem aliàs donatio sit facti, & non facile præsumatur. l. 25. pr. de probat. Wesenb. in æ. tit. de donat. n. 6. pro consanguinitate tamen præsumtio juris militat d. l. 26. vid. Magnif. Dn. Struv. Ex. 40. tb. 5. ibique all. autores. In Electoratu verò Saxonix peculiari edicto anno 1614. die 1. febr. promulgato sancitum est, ut expressè titulus sive causa, ut & quantitas pro debito soluta, instrumento cessionis inferatur. Magn. Dn. Richter/ p. 1. dec. 36. n. 18. II. Necesse quoque est, ut titulus ille non sit simulatus, ita ut aliud actum & aliud simulate conceptum sit, quoniam plus valet, quod agitur, quàm quod simulate concipitur, l. 1. & t. r. C. plus valet. quod ag. Hinc cessionarium nil quicquam ju-

E

vat,

Vat, si instrumento cessionis inferi curavit titulum venditionis, cum tamen hæc non præcesserit. *l. 22. vers. licet in instrum. C. mandat. Carpz. 5. Resp. 33. n. 9.* Aut si donatio simulatur, sed clam aliquid pretii recipiatur *l. 23. §. 2. C. eod. Carpz. d. l. n. 16. Menoch. lib. 3. præsumt. 129. n. 27.* Aut si in instrumento dictum, quod pro parte nomen sit venditum, pro parte verò donatum *l. 23. pr. vers. sancimus nulli. C. mand.* Aut si dicis & ostentationis gratiâ pretium quidem numeratum, sed cessionario redditum *Bart. in d. l. 23. Berlich. Decis. 32. n. 14.* Proinde III. quo technis & versutiis hilce obviam eatur, requiritur, ut cessionem factam probet cessionarius; Cum in iudicio à iudice semper necessitas probandi deferatur illi, qui aliquid adserit vel intendit. *l. 2. ff. de probat. l. 23. C. eod. l. 19. ff. eod. Magn. Dn. Struv. Ex. 28. th. 6.* Probatio autem illa fieri potest, vel testibus, qui cessionem interfuerunt, modò sint idonei omni exceptione majores. Cedentis tamen confessio propter adfectionem, quam ad causam habet, non est sufficiens, cum per illam facile fraus legi fieri, & simulari cessio queat. *arg. l. cum quis 37. §. 6. de leg. 3. l. pen. de probat. Menoch. lib. 3. præf. 130. n. 34. Malcard. de probat. vol. 3. concl. 1364. n. 20. Dn. Struv. Ex. 28. th. 39.* vel etiam instrumentis cessio verificari potest, quippe quæ aliàs ad rerum gestarum fidem comprobendam conficiuntur *l. 1. de fid. instr. l. 7. de fer. l. 99. §. f. de V. S.* quoniam imò instrumenta publica legitimè confecta plenam fidem faciunt, & illis æquè ac duobus vel tribus integræ fidei testibus est credendum. *l. in exercend. 15. C. de fid. instrum. Schnobel. in disp. ff. 13. th. 25. Magn. Dn. Struv. Ex. 28. th. 30.* Hæc de probationis materiâ, ne extra oleas versari, & falcem in alienam messem inferre videar, plura addere nolo, B.L. ad autores ex professo hanc tractantes remittens.

TH. III. Ad alterum requisitum cessionis progredior, quod est, ut iustam & æquivalens pretium pro cessa actione solvatur *l. 22. l. 23. C. mandat.* nisi illa ex vera donatione, ut quis liberalitatem exerceat, facta sit. *d. lxx.* Hinc si tantundem, quantum debitum cessum valet, non solum, sed minori pretio facta, non plus consequitur cessionarius, quàm quod cedenti dederat, *d. lxx.*
Quæritur autem: (1.) *Ad quem superfluum illud, quod solutam*
quan-

quantitatem excedit, pertineat? Hic in diversas Dd. abeunt sententias. Quidam cedenti addicunt, ita ut hic adversus debitorem pro eò consequendò ulterius agere possit, quam sententiam tenet glossa *in d. l. ab Anastasio. in verb. persolvit. vers. verum his tribus. C. mandat. & cum illa Bartol. in d. l. per diversas 22. C. eod. n. 4. Trentacinq. l. 2. Resol. tit. de act. resol. 2. n. 12. Giphani. in d. l. per diversas. col. 2. in f. Berlich. decis. 35. n. 3. & seq. Dn. Carpz. p. 2. C. 30. def. 37. Alii fisco sive magistratui illud applicant, uti novissimè sentit Carpz. lib. 5. Respons. 33. qui à priori sententiâ, quam in sua Jurisprudencia fovit, recedere videtur. Alii denique sentiunt, quod lucro debitoris cedat, quam sententiam etiam novissimè Finckelthaus. *Obs. 17. n. 4. & seq. Magnif. Dn. Richter. Dec. 36. n. 24. Magn. Dn. Struv. Ex. 23. tb. 81. & alii* propugnant. Tutissima etiam hæc postrema sententia videtur, neque ratione destituitur. Quia enim cessionibus pro minori pretio factis litis alienæ redemptio subsit. *d. l. 22. vers. nec enim dubium. & in fin. vers. nulla enim tali ratione. C. mand.* adeoque cessionario usque ad ipsam tantummodò solutarum pecuniarum quantitatem actiones exercere permittatur. *d. l. 22. vel uti in l. seq. 23. C. mandat.* dicitur, ut sc. tantum à debitore consequatur, quantum ipse cessionis auctori præstitit; Et verò Constitutio Anastasii lata sit in favorem debitoris *l. 23. §. ult. verb. hoc remedium debitoribus. C. eod. Auth. minoris. C. qui dar. tut. poss.* utique ex his fluit, quod superfluum lucro debitoris cedat. Magn. Dn. Richter. *d. l.* Magn. Dn. Struv. *d. Ex. 23. tb. 81.**

TH. IV. Q. Insuper (II.) *quomodo pretium illud estimandum, ut justum & æquivalens eveniat?* Resp. Æstimandum hoc est non solum ex quantitate debitâ, sed insuper etiam expensæ & sumptus super exactione nominis probabiliter faciendi, ut & causatus labor sunt computandi. Brunnem. *ad l. 22. & 23. C. mandat.* Neque etiam sunt negligendæ circumstantiæ, ob quas pecunia parata conducibilior sit nomine vel actione vendita. Bartol. *in l. 22. C. eod. Berlich. Decis. 35. n. 3. Magn. Dn. Struv. Ex. 23. tb. 82.* Cum enim eventus litis dubius sit, & causa per multum tempus durare possit, si forte adversarius rixosus, hinc pretium nomini cesso in quantitate non correspondens, non statim pro viliori habendum est.

est, sed æstimatio illius iudicis arbitrio debet committi. Q. III. *Utrum debitum in tempus futurum, & si solutiones ejus particulares sunt, wenn die Zahlung oder Falle uff, Tagzeiten und Jahrsfristen gesetzt / minori pretio anticipato, quàm sit, quod debeat, justè & licitè emi possit?* Quod Aff. modò pretium à cessionario unâ summâ solutum, nō nimis modicum sit, & pravitatem usurariam sapiat. Cū enim ille, qui ante diem solvit, plus solvere censeatur, minus autem ille, qui tardius. *l. 12. §. 1. de V. S. l. 85. de solut. & dies solutionis pars obligationis intelligatur l. 1. §. 1. de edend. idè & hoc in casu circumstantiæ solutionis sunt attendendæ, & permittitur emtori, ut de pretio in numerato exposito quotannis juxta Recessus Imperii ad exemplum annuorum reddituum vigesimam partem accipiat, si summa illa redempta fœnori sit exposita. Sin nullæ usuræ promissæ, tantum de pretio debet detrahi, quantum intra tempus totali sive integræ solutioni destinatum ratione summæ emtor loco interesse percipere potuisset. conf. Modest. Pist. part. 2. quest. 97. n. 8. & 9. Carpz. p. 2. prax. Crim. quest. 92. n. 91. & seqq.*

TH. V. Cessiones tamen quædam minori pretio ac debetur permittuntur, & ea in totum valent. I. Si in causa divisionis inter plures coheredes, vel etiam collegatarios aut fideicommissorios fiat. *l. 22. C. mand.* Quod idem ad socios & commune quid possidentes extendunt Dd. vid. Menoch. *lib. 3. pres. 129. n. 14. & seqq.* (II.) Si à debitore suo creditori facta, quam hic in assecurationem vel solutum, aliis mediis deficientibus, accipere necessum habuit *d. l. 22. Berlich. Decis. 32. n. 3. & 6. III.* Si pro munimine & tutione possessionis rei alienæ fiat. *d. l. 22. C. mandat.*

TH. VI. Requiritur autem porrò, ut pretium non modò conventum & denominatum solùm, sed reverà etiam numeratum sit. *l. 22. ibi: solutarum pecuniarum: & l. seq. verb. his quæ præstitit. & §. 1. vers. re ipsa persolvit. C. mandat.* nisi fides habita sit de pretio. Menoch. *l. 3 pres. 129. n. 24.* Cū datum videatur, quod promissum. *l. 9. §. 1. ff. de condiët. caus. dat. & paria fermè in jure nostro habeantur, datum esse pretium, vel fidem de illo haberi l. quod vendidi. 19. l. ut res. 53. ff. de contrab. emt. l. si rem. 9. §. 3. de pign. act. l. satisfact. 52. de solut.* Egregiè tamen hoc explicat Dn. Brunnem.

Brunnem. *add. l. 12. § ult. C. mandat.* quod sc. procedat, quantum ad substantiam cessionis, non verò ejus exercitium attinet. Ex quo fluit, non prius ex cessione agi posse, quam pretium sit solutum. Et hoc ipsum leges etiam *init. th. all.* intendere videntur, cum hæc non aliter actionem ex jure cesso concedant, quam si realiter summa conventa sit exsoluta. Quæ verò de pretio jam dicta sunt, eâ obtinent tantum in emt. vend. cum pretium propriè in pecuniâ numeratâ sit. §. 2. *Inst. de emt. vend. l. 1. pr. ff. eod.* In aliis onerosis contractibus pretio æquipollet, quod loco ipsius datur, licet ipsum pretium propriè non sit *l. 4. §. 31. ff. de dol. mal. § met. except.* Sic in datione in solutum ipsi æquiparatur, quod in solutum datum est, cum hæc loco emtionis sit *per l. fin. ex quib. caus. in poss. eat. l. 44. de solut. l. 4. C. de evict. l. 24. de pign. act.* Sic quoque in permutatione pretio respondet, quod vicissim præstatur, cum & illa similis sit emtionis. *d. l. 4. §. 31. ff. de dol. mal. § met. exc.* & sic etiam in aliis res se habet. Ut verò de summâ realiter à cessionario soluta; vel re vicissim præstita consistere possit debitori cesso, debet ille cessionarius sc. hoc probare, quantum reverà solverit vel præstiterit, quin imò aliis probationibus deficientibus solet illi interdum deferri juramentum, ut conscientiam suam aperiat, daß er sein Gewissen eröffne. Magn. Dn. Struv. *Ex. 23. th. 81.* Magn. Dn. Bechmann. *in Comm. ad ff. tit. de hered. vel act. vend. n. 28. in f.*

TH. ult. Denique hoc venit notandum, quod ad formam cessionis non pertineat, ut debitoris consensus accedat, aut ut denuò promittat debitum, cum eo invito & inscio cesso fieri possit, quod clarè probant *xxx. in l. 3. C. de hered. vel act. vend. l. 1. C. de Novat. l. 2. C. de donat.* Magn. Dn. Struv. *Ex. 47. th. 65.* Hunn. *ad Treutl. vol. 1. disp. 9. th. 19.* Hæc dicta autem de nominibus activis procedunt. De passivis sciendum, quod debitor sine consensu creditoris procuratorem in rem suam constituere nequeat, ut in hunc debitum devolvat *per l. 2. C. de hered. vel act. vend. l. 25. C. de pact. l. 45. §. sed si mandato. ff. mandat. l. si mulier. 77. §. exasse. ff. de jur. dot. l. 59. §. 1. eod.* vid. Dn. Brunnem. *ad d. l. 2. C. de hered. vend.* Diversitas horum duorum adsertorum ex eo colligi potest, quod priori casu cedens factâ cessione debitori nul-

lum adferat incommodum, cum ipsius nihil interfit, an ipsi cedenti solvat, an verò cessionario seu procuratori ejus in rem suam. Debitoris autem cessio creditori valde detrimentosa esse potest, cum facile contingere possit, ut novus debitor non sit solvens; & præterea cessione obligationis suæ debitor creditori jus suum, in ipsam debitorem sc. quæsitum auferret, quod tamen // non permittunt. *l. 11. de R. J.*

CAPUT VI. & ult.

Effectum exhibet, cui quoque paucula quædam de contrariis cessionis annexa.

THESES. I.

Recensitâ formâ, qua cessio peragi debet, devenio nunc ad effectum. Operatur autem cessio I. Translationem actionis directæ. Licet enim cessionarius duplicem actionem habeat directam & utilem; sola tamen directâ per cessionem in eum transfertur. *l. 5. l. 8. C. de hered. vel act. vend.* cum utilis non ex cessione *l. 1. C. de O. & A.* sed ex rescriptis & constitutionibus Principum ipsi competat, quam etiam proprio nomine, etiam si mandata sive cessa non sit, *l. 7. C. de O. & A. ibiq.* Brunnem. *l. 1. in f. C. de magistr. conven.* instituere potest. *l. 16. ff. de pact. l. 1. §. 13. de tut. & rat. distr. l. 33. C. de donat. l. 18. C. de legat. l. 3. 5. 7. 8. C. de hered. vend. l. 55. de procur.* Magn. Dn. Struv. *Ex. 7. th. 26.* Ratio hujus constitutionis hæc esse videtur, ne scil. libertas commerciorum impediretur; quod accideret, si nihil juris in eum, cui obligatio vendita vel donata, vel alio modo in aliquem translata, transfiret. vid. Bachov. *de act. disp. 4. th. 3.* Hæc tamen, quæ de actione directâ dicta sunt, cum granò salis sunt accipienda, ut sc. actio ita in alium transferatur, ut à personâ primi acquirentis non planè avellatur, sed tanquam character impressus personæ cedentis osibus infixâ maneat. Gloss. *in l. quis ergo. 16. ff. de pecul.* Bachov. *de act. disp. 4. th. 3.* Magnif. Dn. Struv. *Ex. 7. th. 26.* Et tantum exercitium directæ actionis ac jus movendi actiones ex personâ cedentis *l. fin. C. quand. fisc. vel privat. l. 9. C. de procur.* in cessionari-

cessionarium transeat, ut hic non suo, sed cedentis nomine, & ex
ejus persona libellum totumque formet processum. *l. 3. pr. pro
soc. l. 16. de pecul. Bachov. d. l. Donell. in l. 3. C. mandat. n. 6.
Carpz. p. 2. C. 25. def. 16. in f. Magn. Dn. Struv. cit. loc. Q. autem
Utrum directa actio cum actione utili, facta cessione, concurrat?
Quidam id negant, adferentes, quod per directam utilis tolla-
tur actio, arg. *l. 13. ff. de duob. reis stipul.* Sed legibus conformi-
or videtur sententia adfirmantium, præprimis cum in arbitrio
ejus sit, an directa, an utili velit experiri *l. 18. C. de legat. l. 7. l. 8.
l. 9. C. de hered. vel act. vend. l. 55. de procur. l. 1. ult. C. quand. fisc. vel
priv. Dn. Brunnem. ad l. C. de O. & A. Magnif. Dn. Struv. Ex. 23.
th. 80. Joh. à Sande de act. cess. c. 8. n. 22.**

TH. II. Porrò II. Cessio efficit, ut quicquid cedens habet
juris, in cessionarium transeat. *l. 5. C. de hered. vend. l. 70. de pro-
cur.* Hinc est, quod (I.) cessa obligatione vel actione etiam simul
transeant jura actioni vel rei coherentia *l. 1. C. de donat. l. nomen.
34. pr. de leg. 3. l. 14. §. 1. comm. divid. l. 23. ff. de hered. vend.* & ille, qui
nomen cessum habet, etiam jus retinendi simul cessum habere
putetur, usque dum solvatur debitum. *l. 14. §. 1. ff. comm. divid.* Sic,
si in obligatione creditori executio parata sit promissa, vel in-
strumentum per se sit guaranteeatum, tunc beneficium hoc non
tantum principali creditori, sed & cessionario prodest. *l. 1. §. ult.
ff. de N. O. N. Berlich. part. 1. Concl. 8. n. 16. Carpz. lib. 2. Resp. 36. n.
4.* Sic unà cum cessa actione personali & tacite cesso jure hypo-
thecæ, tacite etiam videtur cessum jus distrahendi. *l. 7. C. de O. &
A. Neguzant. de pign. p. 6. memb. 1. n. 19.* Hæc relata ex cessione
fluentia jura sufficiant, cum nimis prolixum foret omnia recen-
sere. Exinde quoque fluit (II.) quod cessionarius juris inter-
pretatione primum creditorem repræsentet. Sicuti enim cedens
creditor fuit, & debitorem convenire, ac credito accepto eum ab
obligatione liberare potuit: Ita quoque vi cessionis factæ ces-
sionarius debitum exigere, illoque exsoluto debitorem liberare
poterit; cum & hic verè ac propriè creditor censeatur, & ex ce-
dentis jure experiat. *l. si nominis. 2. C. de donat. arg. l. serv. 65. §.
f. ff. ad Scim Trebell. arg. l. 9. C. de procurat. l. 23. pr. verb. alium
creditorum. C. mandat. Carpz. lib. 5. Resp. 34. & Resp. 49. n. 5.*

TH. III.

TH. III. Vi autem adfertur hujus, quod scilicet cessionarius consequatur jura cedentis, duæ se offerunt adhuc quæstiones, quarum I. *An cessionarius in intentanda actione cessã gaudeat privilegio cedentis?* Quæstio autem hæc non tam de privilegio reali, quippe quod ipsi actioni cohæret, uti jam dictum, sed de personali potius, quod cedentis personæ principaliter in exercendâ actione concessum, est concepta; & præterea distinguendum est, inter actionem directam & utilem. De hac nullum videtur esse dubium; cum enim hanc cessionarius ex personâ propriâ, non cedentis instituat. *l. 55. de procur. l. ult. C. de hered. vend. l. 1. C. de O. & A.* manifestum ex his erit, quod nullo cedentis privilegio gaudeat. Hinc de actione directâ, quam nomine cedentis mandatarius intendit, potissimum quæstio est concepta, & dicendum erit, quod sic; cum enim exercitium saltem actionum directarum in cessionarium transeat, & jus agendi ex persona principalis æstimetur, quem cessionarius repræsentat, & uti supra c. 1. dictum, hoc respectu cessionarius à nudo mandatario seu procuratore non differat, sequitur quod vis & efficacia privilegii, quod cedens habuit, etiam cessionario, quatenus est procurator, profit, cum cedens per hunc privilegium suum exercere censeatur. *Donnell. lib. 15. Comment. cap. 43. inf. B. Frantzk. 1. Resol. 14. n. 12. Dn. Brunnem. ad l. 18. C. de legat. hinc quoq; est, quod cessionario etiã in concursu creditorum competat privilegium prælationis, si illud cedens habuit. Magn. Dn. Bechmann. in comm. ad ff. tit. qui pot. in pign. n. 28. Q. II. An in causa reconventionis cessionarius cedentem teneatur defendere?* distinguunt Dd. communiter: an cessionarius agat actione utili seu proprio nomine, quod tunc non teneatur defendere cedentem *l. 34. de procur.* quippe cum non procuratorio, sed suo nomine agat; Nisi in ipso negotio fraus commissa *d. l. 34.* An verò directâ sive nomine cedentis; quod eatenus cogi possit ad defendendum. *l. 33. §. ult. & l. 34. eod.* hæc tamen addita restrictione; nisi necessitate urgente actionis cessionem acceptaverit. *d. l. 33. §. ult.* Magn. Dn. Struv. *Ex. 7. tb. 35.* Ut autem cognosci vel potius dignosci possit, an cessionarius directâ, an verò utili actione agat, forma agendi debet attendi; si enim se creditorem profitetur, adeoque debitorem sibi obligatum

tum esse dicat, & sic ex sua persona experiatur, utilem videtur instituere *l. ult. C. de hered. vend. l. ult. C. quand. fisc. vel priv.* Si vero nomine cedentis actionem intendit, & ex ejus persona libellum processumque instruit, quod sc. hic actionem suam sibi cesserit, directa instituta censetur. *l. 3. ff. pro soc. l. 16. ff. de pecul. Franc. Cald. de emt. vend. c. 24. n. 28.*

TH. IV. Ex proposito jam secundo effectu fluit etiam tertius, quod sc. cedens in nomine cesso cessionario non possit prejudicare. Cum enim cedens seu venditor nihilominus creditor maneat, & jura actionesque directas retineat, hinc quidem nomina exigere potest, licet ea vendiderit & cesserit *l. 7. C. de hered. vel act. vend. l. 3. C. de Novat.* Attamen emtori seu cessionario ad interesse tenetur, & quod exegit, tenetur restituere *l. 23. §. 1. de hered. vel act. vend.* Idem etiam dicendum, si transegerit cum debitore; licet quidem transactio valeat, & emtori exceptio transactionis possit opponi, itidem tamen venditor ad interesse tenetur *l. ult. de transact.* Magn. Dn. Struv. *Ex. 23. tb. 74.* Dicta autem hæc procedunt, si res adhuc est integra, quod patet ex *l. 3. C. de novat.* Cum enim cessio mandatum quoddam sit, & hoc re integra revocari possit per *§. 9. Inst. de mandat.* Hinc etiam cessio poterit revocari. Cujac. *ad tit. C. de novat. deleg.* Si autem res non amplius est integra, si sc. cessionarius cum debitore litem est contestatus, vel partem debiti solutam acceperit, vel debitori cessionem denunciaverit, tunc planè non debet exigere *d. l. 3. C. de novat.* Ratio est, quod quia mandatum non possit revocari, neque etiam cessio *arg. §. 9. Inst. de mandat.* cum post *L. C. cessionarius dominus litis effectus. arg. l. 23. C. de procur. l. 1. C. de error. advocat.* Dn. Brunnem. *ad l. 3. C. de novat.* Et si solvit debitor hisce casibus, non liberatur ab obligatione, sed adhuc obligatus manet, & solvere tenetur cessionario. Laudatus Dn. Brunnem. *ad l. 4. C. qua res pign. obl. poss.* Q. autem I. *Si cedens debitum exegit re adhuc integrâ, qua actione cessionarius contra illum agere potest ad recuperandum exactum?* Resp. actione utili *l. si culpa. 63. ff. de R. V.* non verò directa, cum absurdum esset, quod cedentis nomine contra ipsum cedentem actionem intenteret. Joh. à Sand. *d. Tr. c. 8. n. 17.* Trentacinq. *lib. 2. tit. de act. Ref. 6.*

F

Ref. 6.



Res. 6. Q. II. Si cedens & cessionarius concurrunt, amboque à debitore nomen seu debitum exigere volunt, ille per directum, hic per utilem actionem, quisnam alteri preferendus? Decidit hoc *l. 35. ff. de procurat.* quippe quæ actionem tribuit cessionario. *Sichard. in l. 3. de Novat. Joh. à Sand. d. tr. c. 12. n. 4. Trentacinq. l. 3. tit. de solut. Res. 29. n. 8.*

Th. V. Quartus effectus est, quod ~~eventus iudicii sive periculum nominis vel actionis cessa~~ pertineat ad cessionarium *l. 9. C. de procur. l. 17. in f. ff. de petit. hered. l. 96. §. 1. de solut.* Cedens enim tantum debitorem verum & liquidum creditum debet præstare *l. 4. ff. de hered. vel act. vend.* non verò idoneum & locupletem *d. l. 4.* Scot exam. *Jurid. tit. de hered. vel act. vend.* Magn. Dn. Struv. *Ex. 23. tb. 79.* cum cedens de periculo saltem in substantia, non verò in qualitate teneatur *Gothofr. ad d. l. 4. lit. I.* Et hoc in tantum extenditur, ut sive sciverit, sive ignoraverit emptor ceu cessionarius debitoris conditionem, tamen nullum habeat regressum contra cedentem *arg. dd. txx. §. l. 19. de R. J. Carpz. p. 2. Const. 34. def. 26. n. 2.* Modò (1.) debitum planè non sit illiquidum ac incertum, vel solutione sublatum; tunc enim cedens tenetur aut de evictione, ut sc. præstet, ut sit debitum verum & liquidum, aut ad restitutionem pretii. *Carpz. d. l. def. 27.* Et nisi (2.) convenerit, ut cedens bonum & idoneum nomen præstaret, vel ad indemnitàtem se expressè obligaverit, *er wolte ihm die Schuld gewehren. l. 4. in f. l. 5. ff. de hered. vend.* Hart. *Pist. Obs. 212. n. 10.* vel (3.) nisi ita cessum sit nomen, ut cessionarius non suo sed cedentis periculo exigat. *l. 45. §. pen. ff. mand. Berlich. part. 2. decis. 290. n. 20.* (4.) nisi cessionarius nomen cum protestatione receperit, quod per dationem in solutum non prius à pristina obligatione velit recedere, quàm creditum acceperit. *Berlich. d. l. n. 19.* (5.) nisi dolus venditoris seu cedentis subsit. *l. 74. §. 1. de evict.* v. g. si cessionarius à cedente persuasionibus debitorem solvendo existere sit deceptus. *arg. l. 22. §. 2. ff. solut. matr. Berlich. d. l. n. 21. Carpz. p. 2. C. 34. def. 26.* (6.) nisi nomen in dotem marito sit cessum *l. 49. de jur. dot.* maritus enim non videtur nomen approbare, sed illud tantum, quale est, accipit, præprimis cum dos in dominio uxoris naturali permaneat *Magnif.*

gnif. Dn. Richter *p. 1. decis. 36. n. 33. & seq.* Magn. Dn. Struv. *Ex. 30. tb. 13.* His prædictis casibus periculum nominis vel actionis ad ipsum venditorem sive cedentem spectat. Et tantum de effectu.

TH. VI. Paucissima etiam de contrariis sunt subjungenda, cum ex contrariorum collatione magis rei ipsius natura innotescere soleat. Opponi autem instrumento cessionis in genere possunt illa omnia, quæ documenti alicujus fidem reddere queunt suspectam; qualia videre sunt apud Wesenb. *paratit. ff. tit. de fide instr. n. 8.* Process. Frieder. *part. 1. c. 53. n. 15.* Hinc facile exceptiones ex defectu substantialium cessionis desumi possunt; si peccatum sit, vel in causa efficiente: quando cessionem inierint personæ, quæ cedere aut cessionem acceptare nequeunt; quæ autem tales sint, ex suprâ dictis constabit; Vel in causa materiali quando hæ actiones ceduntur, quæ cedi non debent, tum propter ipsarum naturam, quæ obstat, tum propter leges, quæ cessionem illarum prohibent, *uti ex cap. 4. suprâ patebit.* Vel in causa formali: Si in instrumento cessionis titulus non apparet, tunc enim ea pro simulata habetur, Menoch. *lib. 3. pres. 130. n. 29.* Trentacinq. *lib. 2. var. Resol. tit. de act. Res. 2. n. 1.* Pro tali etiam hæ cessio habetur, si in illa justum & æquivalens pretium non intervenerit, aut aliàs præscriptus modus *in l. pen. & ult. C. mandat.* non fuerit observatus. In specie verò actioni cessæ, quo minus queat moveri, adeoque etiam ipsi cessionario in intentanda illa obstant exceptiones, quæ ipsi cedenti poterant objici *l. 143. l. 177. de R. F.* Illæ autem potissimum sunt vel reales, vel personales. De illis minus dubii subesse videtur, cum ipsi rei seu causæ cohæreant, adeoque cum re sive causa ad successores transeant, quales sunt exceptiones pacti, solutionis, jurisjurandi, rei judicatæ, compensationis &c. *l. 7. §. 1. de except. l. 28. de except. rei jud. l. 45. de compens.* Dn. Struv. *Ex. 46. tb. 11.* Hæ autem personales sc. tum demum cessionario rectè opponuntur, si actione directa ex persona cedentis agat; quia enim jure illius utitur, & mandatario nomine agit, etiam pati debet, ut hæ sibi opponantur. Si verò actione utili seu proprio nomine experitur, tunc exceptiones illæ personales, quæ reo contra cedentem competunt, non obsunt cessionario, quod confirmat *l. 4. §. 27. ff. de dol. mal. & met. except.* Nisi causa sit lucrativa, tunc aliud dispositum *in d. l. 4. §. 28. & §. 31.*


TH. VII. Porrò cum cessione pugnat mors cedentis; cum enim in aliis mors omnia solvat: ita & hoc loco directa actio morte cedentis expirat. *l. 1. C. de O. & A.* Exceptiones tamen sunt. (1.) si adsunt heredes Joh. à Sand. *d. tr. c. ult. n. 2.* Dn. Brunnem. *ad d. l. 1. C. de O. & A.* cum enim hi repræsentent defunctum, & in ejus jura actionesque, quæ ipsi competere, succedant *l. 2. §. f. fam. er. cis. l. 3. §. 7. de N. G. l. 6. l. 17. C. eod. l. 12. de condit. in deb. l. 33. §. 3. de ad. dil. edict.* hinc & hoc in casu jus cessionarii mediantibus heredibus illis manet stabile. (2.) Si res non amplius est integra, hoc est, si lis contestata *d. l. 1. de O. d. A.* cum hoc modo cessionarius ipse dominus litis factus sit *arg. l. 23. C. de procur.* Utilis tamen semper manet, licet moriatur cedens *d. l. 1. cum hanc non ex cessione, sed ex ipso contractu inito v. g. venditionis habeat, uti supra th. 1. c. 1. dictum.* Hoc autem idè est introductum, quod venditores nominum sæpè sine herede mortui fuerint, & iis mortuis nemo esset, qui cessionario traderet exercitium actionis, ne sic planè cessionarius privetur credito suo. vid. Dn. Brunnem. *ad l. 1. & 2. C. de O. & A.* Ipsi tamen cessionarii mors non obest, nec propterea actio extinguitur, sed ad heredem transfertur. *l. 33. C. de donat.*

TH. IIX. Denique cessioni adversatur revocatio ejusdem. Si namque res adhuc est integra, ipse cedens potest nomen exigere, & eò ipso cessionem sive mandatum revocare. Brunnem. *ad l. 3. C. mandat.* modò cessionario interesse restituat, *uti th. 4. hujus cap. dictum.* Si tamen cessionarius non stet promissis suis, & causam illam, ob quam cessio facta, non adimpleat, tunc cedenti permissa est revocatio, licet res non amplius sit integra, prout *in l. 3. C. de novat.* requiritur, & potest tunc ipse cedens priorem actionem movere, ac rem cessam vindicare. *arg. l. 1. C. de donat. sub mod.* vid. Mynsing. *Cent. 3. obs. 96.* Et hæc sunt, quæ pro temporis ratione ingeniique tenuitate proferre volui, licet amplitudo materiæ hujus longè plura desiderasset; B. L. obnixè rogitans, ut si quæ minus congruè posita, aut etiam quædam ad hanc materiam pertinentia omiſsa videbuntur, mihi benignè illud condonet, neque me iconatus rigorosus censor existat;

Deo verò ter opt. ter Max. gratias refero summas
pro concessis viribus, cui etiam sit

LAUS, HONOR ET GLORIA.





Jena, Diss., 1670 H-Sch


ULB Halle 3
004 853 261



Sb1

WMA





5. 1670, 33
EXERCITIUM LEGALE ACADEMICUM

In quo
Deo ter Opt. Max. auxiliante,
AUTORITATE ET CONSENSU
Magnifici Jctorum Ordinis in Illustri Salana,
P R Æ S I D E
V I R O

Magnifico, Præ-Nobilissimo, Consultissimo atq; Excellentissimo
DN. ERNESTO FRIDERICO

Schrötern /
Hæreditario in Wicferstædt / Jcto & Antecessore longè fa-
migeratissimo, Consiliario Saxonico eminentissimo, Dicasterii Pro-
vincialis, Scabinatus & Facultatis suæ Adessore splen-
didissimo, meritissimo,

Dn. Doctore, Patrono atque Promotore suo
summa animi observantia ætatem colendo,

In Amplissimo Jctorum Acroaterio

CESSIONEM A-
CTIONIS

Die Übergabe einer Anforderung
Publicæ disquisitioni sistit

JOHANNES PAULUS Spiegel /
Wafungâ-Henneberg. AUTOR

Ad diem Martii Anno 1670.

JENÆ, Literis NISIANIS.

Monseur Indoly Præm...

